symbolē: vt nec diaphanetas: nec humor. Et arguit sic. Si manerēt eodē: tunc illa passio ex qua transmutatur. 2 illa in quā: essent vna. 2 sic transmutatio esset de eodem in idēz. Inquit. In bis vero. si qua manet passio eadem in contrarietate quae est inter generatum 2 corruptū. veluti dum ex aere aqua fit. si ambo transparentes vel humecti sint: dat incōueniens d. non oportet talis corpōis geniti: vt aq; alteram esse passionem ab ea in quā transmutatur. 2 sic transmutatio esset ab eodem in idēz: sed vtruz hoc sit verum: posterius disputabimus. Ecce quo mō text⁹ est syllogisticus: 2 nō responsiuus. Si vero non: erit alteratio. vt si musicus homo corruptatur. generetur autē immusicus homo. homo subiectū erit idēz. Arguit ad oppositum: si non manet eadem passio in generatione. tunc generatio erit alteratio: quia alteratio est mutatio de affectione in affectionem. Totā igitur dubitatio sic componitur: vel manet eadem passio aliqua vel non. Si sic. tunc esset transmutatio de eodem in idēz. Si non manet eadē. tunc erit mutatio de affectione in affectionem. igitur alteratio. Inquit. Si vero non. subaudi manet eadem passio: tunc alteratio erit generatio ipsa: vt si musicus homo corruptatur. generetur autē immusicus: homo subiectum erit idem. igitur alteratio. Nec hęc latini itelligere possunt. Si quidem igitur huius non passio per se sit musica 2 immusica. huius quidem generatio vtiq; erit. Illius vero corruptio. Verum quia hominis haec passiones sunt: hominis musici: 2 immusici hominis: generatio 2 corruptio erunt. Hanc vero cum passio haec subiecti sit manentis: ppterca alteratio fm talia est. Soluit quēlionem Aristoteles: 2 eius solutio consistit in hoc. qd alteratio 2 generatio sola differentia subiecti differunt. nam quando subiectū manet sub vtroq; termino: alteratio est: quando subiectum non manet idem in actu: est generatio. Tunc patet qd siue qualitas aliqua maneat siue non. non propterea generatio tollitur: quia non ppter terminos est pncipalis differentia. sed propter subiectum. Inquit. Si quidem igitur huius non passio per se sit. sed forma substātialem musica 2 immusica. huius quidem generatio vtiq; erit. Illi⁹ vero corruptio. quia in isto casu ppter formē substātialem euariationē subiectū variaretur de esse in esse. veruz quia hominis haec passiones 2 accidentia sunt. generatio 2 corruptio erūt: non hominis simpliciter: sed musici 2 immusici hominis. 2 sic fm quid: subiecto ipso manente eodē. Cōcludit solutionem ad materiā. Et inquit. Nunc vero cuz passio hęc sit manentis. subaudi subiecti: propterea alteratio fm talia est. Sicut igitur maneat eadēz qualitas: siue non: patet generationēz differre ab alteratione. Et sic potest concedi generationē effici qualitatem manente vna in vtroq; 2 qualitate nō manente: quoniam non penes affectiōes: sed subiecta differūt pmo 2 pncipaliter. Ecce quo modo recentiores textum hunc non ceperunt. Quando quidem igitur fm quantum in-

Cō. lxxiij.

Cō. lxxxv.

ter contraria est mutatio: auctio & imminutio sunt. Quando vero fin loci: latio. quando fin passionem & quale: alteratio. quando vero nihil manet eius: cuius alterius passio fit aut accidet omnino: generatio est. hanc illa autem corruptio.

Co. lxxvi. Nunc vero quasi exemplariter differentia tactam declarat. Et eius sermo perspicuus est.

Co. lxxvii. Est autem materia maxime quidem & principaliter subiectum generationis & corruptionis susceptivum. Adhodo autem quodam & aliarum transmutationum. Quoniam oia susceptiva subiecta contrarietatum aliarum sunt. De generatione quidem igitur & corruptione: siue fit: siue non. & quo modo sit: & de alteratione determinatum sit modo hoc.

Co. lxxviii. Fortasse convenientiam tradit inter generationes & alterationes. hoc modo. v. q. materia est subiectus generationis. & hec est subiectum alterationis: & ceterorum motuum. sed non eodem modo. Nam generationis subiectus est proximum. Ceterorum vero motuum: pro quanto est subiectus subiectorum: ut alterabilis. augmentabilis: & mobilis fin loci. Et hoc subdit. Adhodo autem quodam & aliarum transmutationum: quoniam oia susceptiva subiecta sunt subiecta contrarietatum. quarum. v. q. subiectum est materia ipsa. & sic comune subiectum est materia. que dicitur patent.

Co. lxxviiii. Circa presens caput multa sunt recentiores. que runt enim. pmo vtrum in generatione simpliciter dicitur: fiat ex parte formarum substantialium resolutio vsq: ad materia primam: hoc est vtrum nulla forma substantialis que fuit in generato remaneat in corrupto: vel econtra. ita q. solum ex parte substantiarum non remaneat nisi materia. Et arguunt q. no. Tuz primo. quia aliquando staret materia sine forma: quia sumus in instante medio: cum tunc non magis sub vna q. sub altera staret sub neutra. Cuz secundo. quia elementari forma manent in generato: que pgerant in corrupto maxime apud Averroes vbique. Cuz tertio. quia in generatione cadaueris eadem forma corporeitatis remanet. Cuz quarto. quia eadem forma carnis manet: & ossis: & ceterorum simularium. Cuz quinto. quia in foetu. pmo forma introducit vegetatiua. quia pmo vita vivit plate. secundo sensitiua. qz secundo vita animalis. tertio vita hominis. igit omnes manent. Hec sunt quinq: argumenta: que pro exercitatione fat sint. Hanc qstione prolixo tractatum in duodecimo metaphysice & in pmo de substantia orbis: & alibi. Cuz nunc vero alijs positionibus pretermisiss: tm duas positiones de pluralitate formarum dicimus vtilis: & probabiles. v. q. datur forma corporis: eadez numero in generato & corrupto. Et q. dentur plures forme partiales simularium. Ideo primo pmas. secundo secundas pertractare fas erit: nec expecta a me longas pertractationes: quando quidem qui me vbique videt: me vbique intelliget. Cuz quidam itaq: recentiores pncipales: qui in libro isto scribunt corporeitates comune sic resellunt. Primo per Averroem pmo physicoz. comitit. lxiij. & lxxviiiij. Cuz secundo per Aristotele septimo metaphysice. textu comenti octavi. ybi materia nec quid: nec quale:

Co. lxxviiii. pte negatiua qonis

Co. non de tur corporeitas.

& id genus asserit. Tercio. quia idem est in equo eequum: corpus: & substantiam: sed vltima forma dat esse equum. igitur & dabit esse corpus: & substantiam. Quarto no est aliqua forma distincta correspondens ceteris predicatis. igitur nec aliqua correspondens corpori: consequentia videtur tenere: quia nulla e maior ratio de vna q. alijs. Et forte argueres per illas met rationes sic. quia duc imo plures essent in vno mixto forme corporis. probatur datur prima a qua accipitur hoc predicatum comune corpus. Sed in corporeitate non equaliter omnia conveniunt. quia terra & aqua magis q. terra & aer. Igif oportet dare vnaq. aliam in qua proxime terra & aqua conveniunt. Secundo & fortius datur prima forma corporis in qua omnia corpora conveniunt. Et cum que libet forma vltima corpus pulentat. nam vltima equi forma corpus pulentat equus. igitur erunt plures forme corporee. Quinto videt q. fit frustra & ad nihil necessaria: quando quidem quecumq: per formas corporis saluantur. & per vltimas saluari possunt. Ut vero hęc positiointelligatur. Annuaduertere q. per formas corporis quidam intellexerunt formam mixtionis. Imaginantur enim q. quando elementa veniunt: vel stant in mixtura: ipsa vel remissa & compactis: vel ipsis corruptis: aduenire formas quandaz in qua saluatur omnis elementaria virtus: e qua quidez mixta reponitur in genere corporis mixti. Ultra banc aduenire aiunt specificas & vltimam formam: verbi causa: in equo forma corporis est per quas equus est corpus mixtus virtualiter igneum terreum: & id genus. Forma vero vltima est per qua equus est equus. Sed pace horum. mibi videtur hanc superfluer. Primo. quia no ponitur ppter convenientiaz in genere corporis: quia simili ratione: elementa sunt corpora. & sic in elementis deberet esse comunis. Nec vteuiter creatio: quoniam salte elementari forma crearentur: quia nihil forme presupponerent. Nec vt in illa & per illa disponatur materia qualitatiue: & quantitatiue: quia materia sufficit recipere forma vltima per elementa & corpus dispositiones medias. Nec vt ipsum compositum sit virtualiter igneus aereus: & id genus: qz forma specifica satis est. quare ad nihil ponitur. Secundo tuc duc forme pfecte essent in corde puncto materie: quod omnes reputant falsum.

Co. lxxviiii. pmo pmo corporeitate

Co. lxxviiii. Co. lxxviiii. Co. lxxviiii.

Co. lxxviiii. Co. lxxviiii. Co. lxxviiii.

cifica: per qua elementum ipsum in specie reponitur. veluti ignis per propria: aer similiter: & relique eodem modo. At si in mixtis loquimur: concedendū sunt sex forme apud Averroem. Prima est illa corporis: que omnibus symbola hoc est comunis existit. Secunda est elementaria: que sunt quatuor sub esse remisso. Tercia est specifica: per qua in specie ipsa reponitur predicamentali. Necesitas vero talis forme corporeitatis. est pmo vt euitetur creatio. Ipsa enim est vt semen materie: quod in cobatione vocant generalis: confusam potentiale: que continet in potentia omnes formas específicas. Ille enim extrahuntur per agentia ex tali habitu confuso. per hoc q. agentia diuersa diuersimode materia disponunt. Ubi naq: hęc no presupponeretur specifiche forme nihil forme supponerent. & sic crearentur. Nec valet dicere q. compositum fit: & sic aliquid supponitur vt materia: nam saltem ipsa forma sit vt quo: & vt pars: qua ratione & via ex nihilo forme fieret: quod pterret omnes naturales. vt igit omni modo saluetur generatio & quo & quod. talis corporeitas materie coequa erit vtilis: et necessaria. Secundo ponitur vt disponat materia: ac vt materia ipsa appetat formas. est enim materia valde remota a formis: & nullatenus se ipsa appetens: qua e re eas recipere non potest: nisi sit apta recipere: & appetens: aptitudo autē & appetitus sunt ppter formas. Tercio ppter dimensionones: nam dimensio est materie eterna vna numero omnibus: non potest accidens vnum numero esse eternum nisi ppter formas: quare ob has neccitates hęc posita est. Hanc sentit Averroes in tertio celi commento. lxi. At eniz Aristoteles in textu. Oportet autem forte sensibiliū quidem: sensibilia: sempiternoz: sempiterna: corruptibilia vero corruptibilia esse principia. supra quibus verbis Averroes ita supplet. & intelligendus est propinquus & non remota: quia principia rerum sensibilia remota: non sunt sensibilia. vt prima forma & prima materia. modo non potest per primas formas intelligere: nisi formas corporis: quia non dimensione: quia est accidens: & non pncipiū substantie. Item qz est sensibile comune. Et ipse ait. primas formam esse insensibilem. Et secundo auscultationis phice. comento. xv. Inquit. Et forte intedit q. forma dicitur duobus modis. de habitu & pparitate existente in prima materia. Ista enim pparatio quodam modo non est pparatio simplex: imo est sicut forma materie: quod patere non loqui de pparatione pro carentia tm. sed de ea que est habitus: & quasi forma materie: quod intelligi non videtur: nisi de corporeitate substantiiali. Hęc enim que dam est generalis pparatio: de qua oes forme educuntur. Hanc & Albertus magnus & asserit: & contedit. vt quinto metaphysice. tractatu secundo. capite. ij. & iij. Itaq: & nono metaphysice. tractatu pmo. capite octavo. & alibi. Hanc que stiones Brostatesta lincomensis. & pmo physicoz. & in libro de luce & lumine: & alijs plures. hanc vocant formam pnam: qua corpus siue indiuiduum corpus corrupiuit constituitur: non q. forma ipsa corporis corruptiua sit: sed vel quia disponit: tum ad generationes: tum ad corruptions: vt diximus. ideo celestibus corporibus: & genitis non comunis est. Intermediis vero forme vt elementari: que sunt elementis specificac proprie. in mixtis sunt: sed vices habentes forme vnus generis: quia ab eis mixtum constituitur: quod est indiuiduum corpus mixti: quod supra au-

Co. lxxviiii. Necesitas corporeitat.

Co. lxxviiii. Averroes.

Co. lxxviiii. De terme dya formis

matuz corpus est: & infra corpus corruptivum: quod est genus generum. vt dicit Averroes in paraphrase Porphyry. Et has actu esse in mixto concedit Averroes: & ab eis intermedie vt in homine vegetatiua & sensitiua vsq: ad especificas apud Averroem no sunt alicia rationali: quia vegetatiua continetur in sensitiua: vt in suo toto virtuali: sensitiua autem pars est anime rationalis: nam intellectus accedet ab extra: copulatur parti sensitiue nobilissime: que grece dia: noea dicitur: apud Averroem cogitatiua: latine tamē discursiua: & inde rationalis anima redudat. In brutis vero vegetatiua & sensitiua vnam faciunt tm. co q. vegetatiua virtute continetur in sensitiua. Hanc rem Averroes vult pmo de anima. comento. lxxix. & xci. & xcij. cui & Auicenna sexto naturalium consentit. parte vltima. capite penultimo. Item qz & Liber. & Thomas: & Egidius. & omnes fere. Sed dices. cur vegetatiua continetur virtualiter in sensitiua: & corporeitas: & elementari forme non: sed vtraq: actu esse oportet. Dicit potest hoc esse. Primo. quia corporeitas & cetera forme inconnexa sunt. Secundo. quia diuersi ordinis. Diuersi quidez ordinis: quia opatio corporeitatis est eterna. Ille sensitiue & vegetatiue corruptiue. Inconnexa vero: quia opationes inconnexa sunt. Est eniz dimensio operatio corporeitatis: vt sensus sensitiue: et nutrire vegetatiue. Similiter se habet vegetatiua cum elementari formis. Utrum vero hęc positiointelligatur. ad mentes Averrois: in libro de substantia orbis satis diximus. Nunc ad res recentiorum. ad pna. diximus q. intentio Averrois est q. forma corporeitatis ponatur materie coequa: vt posuit Auicenna. videlicet tanq: subiectum vel id. ppter quod materia est materia: quia tuc oes alicie essent accidens. Esset enim illa tunc specifica. Ad scdm Aristotelis verbum intelligit q. materia non sit quid nec quantum: & id genus per eius entiam. at per formas esse aliquid horum: nihil prohibet. Ad tertius dixi q. esse equum: & esse corpus: & esse substantiam: sunt idem in subiecto. & differunt re. quia equus corpus est a forma corporis: et equus a forma equi. vt diximus. Ad quartū patet solutio. in alijs enim non oportet: quia nulla est necessitas. sed hanc pcesse oportet ppter causas dictas. Nec valet q. tuc esset equus bis corpus. nam licz forma equi contineat formas corporis virtute. non ppter hoc superfluit illa. sicut licz aurum contineat argentum virtute: non ppterea superfluit. Et sic concedo equum esse semel corpus formaliter: & semel virtualiter. nec in corporeitate aliqua magis vel minus conveniunt: sed in accidentibus corporis. Ad quintū patet solutio. hęc de pna. De secunda positione hoc est de formis simularium recentiores quidam tenent q. forma carnis non differt a forma ossis: nec illa nerui a forma cartilaginis: imo omnes partes similiares vna forma specificisunt: vt vna forma specie os ē os. caro vero caro: & in ceteris id genus. Hanc probant tribus suppositionibus: & ratione sic. Si forma carnis differret specie a forma ossis. tunc pparatio dispositionis qualitatiua: qua educitur forma in carne: differret specie ab educente in osse. vt per primas suppositiones quā ponunt: dicunt patere. Salfitas dicitur declarata: tunc pars anime: que educitur in carne. deberet etiā differre specie a parte anime ducta in osse: consequentia tenet. quia ppter variam dispositionem differen-

Co. lxxviiii. No qone.

Co. lxxviiii. De formis partium.

Co. lxxviiii. Prima pmo

tes forme inducunt. ¶ Preterea solitus sum argue... Sed forma totalis et forme similes sunt eiusdem generis...

¶ Sexto principaliter arguit: quia omne adueniens... Sed forma totalis et forme similes sunt eiusdem generis...

Seco pō

Ad rōnes.

forme partiales ut dispositiones totalis ut habitus et perfectio prima materię... ¶ Ad rationes principales una responsio satis est...

¶ Consequenter quęrun. vtrum aliquod accidens vnum numero maneat in generato et corrupto... ¶ Recentiores decem rationes faciunt pro prima ratione...

Questio vtz aliqd accns maneat.

Pōnes. p^a

2^a positio

Arg^{ta} p 2^a positio.

teris: que manet eadem. ¶ Sed (vt mihi videtur) isti veram forte conclusionem per falsa principia persuadent: acceperunt enim primas qualitates immediate per se fundari in materia prima. Quod stare non potest. Primo quod de se non potest immediate terminare dependentiam accidentis: non videtur esse immediatum subiectum accidentis: sed materia non potest terminare dependentiam accidentis: quia non est in actu: quod est primum et principale independens: igitur non potest esse immediatum subiectum accidentis. Secundo quero vtrum ex qualitate illa recepta in materia: et ipsa materia fiat vnum per se: vel vnum per accidens: non vnum per se: igitur vnum per accidens: sed omne tale per accidens presupponit tale per se: igitur aliquod vnum per se erit prius illo vno per accidens. Tertio tunc qualitates ille essent substantia: vt dedit Auerroes: declaratur: quia vel sunt actus: vel potentia: si potentia: igitur non agent: si actus vel a se: vel ab alio: non a materia: quia non ens in actu: non erit causa essendi in actu: si per se: igitur erunt substantia: nam substantia est illa que per se est in actu. Quarto si primæ qualitates essent in prima materia: et forme substantiales in materia: vel eque primo: vel ordine quodam: si eque primo: tunc ambæ essent eque: et nulla esset prior altera: si ordine quodam: vel substantia prima: et habetur intentum: vel qualitas prima: et tunc nulla esset via: quare magis forma erit substantia: quæ qualitas. Propter hæc videtur mihi suas rationes non simpliciter concludere. ¶ Ad primas dico quod calor aque soli aque hæret vt in subiecto: et concedo quod per se agit ad corruptionem sue cause: non in quantum sua causa naturalis: sed vt causa violenta: cum qua non stant: nisi propter presentiam agentis. ¶ Ad secundum concederem aliquid agere ad corruptionem sui per accidens: vt de flamma satis patet. Similiter de caloze naturali animalis: qui agit resoluendo humidum: per se quidem agit resoluendo humidum: per accidens contra se. ¶ Ad tertium ratio illa potest reduci: quia nulla forma agit in subiecto in quo est: quare vbi calor in ipsa materia est: ab ea nihil educit: melius igitur dici potest quod est in aqua: et a materia aque educit: et sic potest concedi aliquod accidens educere a subiecto in quo non est primo et per se. ¶ Ad quartum concedo quod amoto calefaciente aqua reducit se: vbi et a quo disputabitur. ¶ Tunc ad rationem primam pro prima conclusione patet solutio. ¶ Ad secundam vero dicerem quod in instante medio forma esteducta: vnum enim est instans corruptionis et generationis: et propterea non educitur absque agente. Superest modo de opinione nostra aliqua dicere: nam in libro de substantia orbis copiose diximus: nunc vero breuibus perstringemus. Accidentia itaque sunt in multiplici differentia: quedam enim sunt communia omnibus generatim tam. v. mixtis: quæ simplicibus: vt dimensiones que possunt considerari vt interminata: vel vt terminata. vt quidem interminata: insunt quidem compositis: sed ratione materiæ: ideo sunt coeterna materiæ: a quibus nunquam materia expoliatur: quoniam sunt omnibus symbolis: hoc est communia: vt vero terminata insunt compositis: sed ratione forme: propter quod hac ratione non sunt materiæ coeterna: quedam sunt communia tantum mixtis: vt albedo et nigredo et id genus: que quidem vt interminata: sunt quidem mixto: sed ratione elementariæ materiæ: vt vero terminata: sunt in mixto:

sed ratione forme mixti: que non sunt simpliciter materiæ coeternæ: sed tantum permanent: quæ in eorum fundamentum perdurat vt mixtio: et proportio elementaria: quia resoluta: mixto corruptuntur: quedam vero communia sunt tantum simplicibus siue omnibus vt forte raritas: siue pluribus vt dyaphanetas: siue duobus vt caliditas aeri et igni: que vt interminata: elementis quidem insunt: sed ratione materiæ primæ: vt vero terminata: insunt elementis et ratione forme elementariæ: hæc tantum permanent: quæ diu symbolis siue communio subiectorum permanet. Si enim ex igne aer fieret: caliditas permaneret: et dyaphanetas: quæ restat symbolis: at vbi ex igne terra fieret: proculdubio omnino caliditas et dyaphanetas corrumpentur: quia non symbolum succederet: sed contrarium: quedam vero sunt propria vni speciei: et cuiuslibet indiuiduo eiusdem tantum: vt risibile homini et id genus: hæc omnino insunt compositis: et ratione forme. De accidentibus igitur simpliciter symbolis siue communibus omnibus tam mixtis quam simplicibus: non est dubitandum: quod illa vt interminata manent eadem in generato et corrupto. imo (vt dixi) sunt eterna materiæ: quoniam vt sic non habent contrarium. Similiter vbi essent aliqua accidentia symbola omnibus simplicibus tantum: illa essent similiter materiæ coeterna: et remanerent eadem in generato et corrupto: a quibus materia nunquam denudaretur: si de accidentibus communibus solum mixtis: Johannes dubitauit an eadem numero maneat in generato et corrupto. Verum apud Auerroem quando generatus et corruptus sunt symbola: hoc est quod conueniant in eadem mixtura: que est fundamentum accidentis: illa manent eadem numero in generato et corrupto: vt quando ex viuuo fit cadaver. Apud enim cum remanet eadem mixtio: non punctualis: quia adhuc staret vita: ideo albedo eadem manet: et id genus. At quando mixtura resoluatur in simplicia: tunc talia non permanerent: quia ablatum esset iam fundamentum eorum: ideo eiusmodi accidentia non sunt materiæ coeterna: nisi tantum diu durat mixtio sub tanta proportione sub quanta potest esse fundamentum illorum. Hæc concedit Auerroes primo sue sufficientiæ. capite septimo. de cicatrice: quæ restare ait in cadauere. Vbi tamen accidentia sunt propria: illa desinunt desinente forma: incipiuntque ea incipiente. Sed de termino tam qualitatis interminatæ: quam dimensionis: esset magna dubitatio: verum quia rem hanc in libro de substantia orbis plene declarauimus: nunc satis: qui enim vult intelligere positionem meam: legat totum me vbiq. Sed contra hæc maxime de dimensionibus interminatis arguit Thomas in libro de natura materiæ: et dimensionibus interminatis: primo quia eiusdem dimensiones interminatæ vel sunteductæ de potentia materiæ: vel non: sieductæ: igitur non materiæ coeternæ vt satis patet. Si noneductæ: tunc non erunt tantum duo principia in constitutione rerum naturalium: materia. v. et forma: sed etiam tertius. v. dimensio: omne enim quod manet et non fit ex aliquo: necesse est esse principium primo physici. Itaque accidentia haberent aliqua principia alia a principio substantiæ: dimensioes. scilicet quod etiam concedit Auerroes dum dicit terminatas dimensiones ex interminatis fieri. Secundo ille dimensiones vel diuidunt materiæ partes ad inuicem: aut non. Si diuidunt: cum omnis diuisio sit ab aliquo actu: materia haberet distinctas partes actus:

et non haberet illas ab aliqua forma substantiali: quod est impossibile: cum materia non habeat esse: nisi a forma substantiali: si vero non diuidunt: nisi in potentia: ad nihil ponitur in materia: quia in materia nulla est potentia ad diuisionem partium: quam acquiri introducta forma. ¶ Tertio impossibile est dimensionum essentiam intelligere sine esse: esse enim est primum omnium actuum: igitur sine actu non est intelligere dimensionem in materia. ¶ Quarto cum ex materia et dimensione vnum fiat: vel per se: vel per accidens: non per se: quia tunc ex subiecto et accidente esset vnum per se: si per accidens: cum omne per accidens reducatur ad per se: oportet vt præsit aliqua alia compositio per se ante dimensionem: et illa non potest esse nisi ex forma. ¶ Quinto omne quod pertinet ad genus aliquod: aut continetur illo in genere vt species: aut vt indiuiduum: aut genus: vel est reducibile ad genus illud vt principium reducitur ad genus principiatum: et priuatio ad genus habitus sui: et pars ad genus sui totius. dimensiones ille non sunt in genere quantitatis vt species: vel indiuiduum: aut genus: cum omnis species sit determinata respectu generis: et omne indiuiduum respectu speciei: et omne genus respectu generalissimi: nec vt principium: quia principium dimensionum non est dimensio. Prima enim dimensio est linea: cuius principium est punctus: nec vt priuationes: quia priuatio non habet essentiam: ille dicuntur essentia quedam: nec vt partes ad totum: totum enim in quantitate habet partes determinatas per certas dimensiones: modo dimensiones interminatæ non sunt partes alicuius terminatæ. ¶ Sexto de dimensionibus in materia essentiam habent: poterunt definiti: et non nisi per subiectum in quo sunt: et sic oportet definire illas per esse materiæ: sed materia nullus habet esse: nisi propter formam: igitur oportet dimensiones inesse: propter formas. ¶ Septimo interminatus et incertum non spectat ad rationem naturalem: quia ultra certum non se extendit physicus. ¶ Octavo sicut alia simpliciter fit ex non simpliciter animalia: ita dimensio simpliciter: qualis est terminata: fiet ex non dimensione simpliciter. Hæc autem nihil est: igitur dimensio interminata nihil erit. ¶ Non cuiuslibet longitudinis termini sunt puncta: igitur non potest poni dimensio interminata: nisi ponatur puncta: sed punctus interminatus non est: igitur nec dimensio interminata erit. Hæc sunt potiora argumenta diuina. Thomas licet aliqua horum persoluerim in libro de substantia orbis: nunc iterum persoluemus. ¶ Ad primum diceret Auerroes eiusmodi dimensiones non esseeductas de potentia materiæ: sed esse materiæ coeternas: et concederet quod non tantum duo sunt principia constitutionis: imo ait dimensionem esse principium: et substantiarum et accidentium: et licet Aristoteles enumerauit duo tantum vt formam et materiam: dedit intelligere dimensiones: quia sunt proprium propriorum materiæ: sicut qui dicit hominem dicit risibile. Similiter principia accidentium sunt illam quæ sunt substantiæ: et dimensiones sunt principia substantiarum vt dicitur: et secundo accidentium. ¶ Ad secundum tenendo formam corporeitatis: argumentum solutum est: quia materia habet aliquem actum confusum et potentialem: et sic diuiditur: Sed non tenendo: diceret Auerroes quod dimensiones ille diuidunt partes materiæ non terminata diuisio: quia licet per illas materia sit in loco: non tamen

in certo dato loco: et diuisio hæc sic interminata: non est ab aliquo actu: nisi interminato et confuso: cuius modi est illa dimensio. ¶ Ad tertium concederet Auerroes si datur forma corporis vt diximus quod ille sunt in materia cum esse: quia propter formam corporis: vbi non datur illa forma: diceret quod illa dimensio est ibi sine esse et essentiam: quales esse et essentia compositum dimensionem vt quæritas est extra suas causas: et tale esse non est a forma substantiali: sed potest esse a forma accidentali vna cum materia ipsa. ¶ Ad quartum vbi datur forma corporis: dubitatio soluta est quoniam præcedit compositio ex materia et corporeitate: vbi non datur: tunc diceret quod illa compositio est per se vno modo: et per accidens alio modo: vt ex risibili et homine: sed siue sic siue sic: non ante omne compositum per accidens oportet semper præcedat compositum per se: sed fat est vt præcedat aliquod: quod est ens seipso: vt materia: que vt materia est ens seipso: quæque esse actuale habeat a forma. ¶ Ad quintum teneri potest quodlibet illorum: tamen videtur mihi verius quod dimensio sit per se in genere vt species et indiuiduum speciei: et concederem quod est terminata essentialiter vt in genere: sed accidentaliter interminata: veluti color vt color est essentialiter terminatus: at vt respectu latitudinis gradualis que non est de eius essentia: interminatus est: et sic concederem illas dimensiones in genere terminatas esse: quia nihil deest: quod pertinet ad rationem generis: quia ratione diceret quod dimensio terminata non est per se in genere: quia superaddit terminum: qui est vt accidens: linea enim est in genere: sed non vt bicubita: vel tricubita: sed vt linea. ¶ Ad sextum fortasse concederet quod ille sunt definiti per materiam: et per formam: non quidem que est actu in materia ante illas: sed post illas: non enim oportet vt omne definiens sit prius tempore redefinita: sed fat sit vt sit prius quo ad nos: sic in definitione illarum ponitur materia vt subiectum: forma vero vt terminus. ¶ Ad septimum ratio friuola est: quia sunt interminatæ respectu dimensionum actualium: sed forte terminatæ secundum cognitionem: et hoc potest pertinere ad physicum. ¶ Ad octauum diceret Auerroes non esse simile: quia non tantum propter generationem ponuntur: sed vt materia prædisponatur: insuper corpus ex non corpore fieri est impossibile: at animal ex non animali est necessarium. ¶ Ad nonum diceret quod cuiuslibet longitudinis terminatæ termini sunt puncta: de hac enim loquitur mathematici. Sed longitudinis prædicamentalis abstrahit a punctis: sed sicut est in potentia ad terminus: sic ad puncta. Unde apud Auerroem puncta non sunt de ratione linee vt linea est in genere: sed vt linea est terminata: que non est in genere. Hæc Auerroes. ¶ Uerum animaduerte quod vbi daretur forma corporis de qua disputatum est: rationes hæc friuolæ essent: at vbi non daretur: oportet laborare: vt diximus. De mente enim Auerrois certum habemus dimensiones esse: non tamen formas illam posse. Sed vt dimensions interminata præsit in materia vt in actu: an vt in potentia: et si in potentia: quo modo: et per quid terminetur et reducatur ad actum: non parua est ambiguitas: verum hæc omnia diximus in libro de substantia orbis: et tu que re illic: vbi si hæc illis: et illa his copulabere: nihil tibi incerti relinquatur. ¶ Restat nunc solucere argumenta pro prima positione. ¶ Ad primum dicerem quod de structis primis substantiis sine se et quodlibet sui: nihil

restat: imo nec materia: cuius illa sit aliquid prime sub-

Questio pulchra

Consequenter querunt: vtrum idem effectus numero possit a quolibet plurium agentium generari: vt idem Causa a Platone & Socrate: arguunt recentiores multis rationibus qd sic. Ego tamen arguo vni-

ordo qois.

In ista questione primo videndus est de causis intrinsecis. secundo de extrinsecis.

Positio Trufiani

Quantum ad primum quidam antiqui tenent qd idem numero effectus potest esse a diuersis materijs numero. Cuius positionis fuit Trufianus monachus. Verum distinguit de composito: quia vel eius forma est perpetua: vel corruptibilis educta de potentia materij: tunc vult qd idem homo numero simpliciter potest esse a diuersis numero materijs: nam continuo materia fluit: & rationalis anima eadem numero existit. Modo tenet ipse qd principium indiuiduationis est forma: quare omnino idem homo numero esse potest: vbi materia sit altera: at si forma est corruptibilis: cum ipsa simul fluat cum materia: etiam sicut materia alia atq; alia est: sic forma alia: quare non potest idem effectus numero esse: vbi forma sit corruptibilis: si materia altera sit.

Ad rationem

Tunc ad rationem horum patet solutio: potest enim compositum esse idem: altera essentiali parte euariata: quia compositum est propter formam: & non propter materiam: & sic patet qd idem homo potest esse a diuersis hominibus: licet idem equus no a diuersis equis. Nam homo habet formam inuariabilem omnino: equus vero variabilem. Secundo patet idem esse compositum numero variata materia: & hoc quoad compositum formam habet inuariabilem: potest enim tunc materia flui & restui forma ipsa exite eade.

po ppria

Mibi tñ videtur qd licet hec positio sit probabilis: tamen videtur contra Aristotelem & rationes. Contra Aristotelem quidem: quia compositum non est aliud nisi propter materiam. septimo metaphysice. textu comentii. xvij. & ibidem. textu comentii. xx. et xxi. & octauo metaphysice. textu comentii. viij. & xij. metaphysice. textu comentii. xviii. & primo celi. textu comentii. xij. igitur vbi materia altera est: compositum ipsum alterum erit: & ita euariata materia: & forma: & compositum variabuntur. Contra rationes vero: primo quia materia est essentialis indiuiduo sicut forma: igitur sicut indiuiduum non est idem: forma ipsa euariata: ita & ipsa materia euariata: erit compositum alterum. Secundo Socrates senex differt a seipso puero: vel propter formam: & hoc non: quia anima rationalis est eadem: vel propter materiam: & ba-

deo propositum. Tertio compositum congregatum non est aliud qd sue partes simul iuncte. primo physicoz. comento. xvij. igitur vna parte alterata: totum non erit idem. Sed queres vtrum vna forma numero possit in diuersis materijs numero totalibus inesse. Respondent recentiores qd non. Tu primo quia forma non est aliud qd materij formatio. sed diuersa materij non est vna formatio: igitur nec vna forma. Tum secundo quia vna figura numero no potest esse in diuersis materijs: igitur nec vna forma. Tum tertio tunc vna forma posset bis generari: vt deducunt: quare patet si anima vnus equi no fuisset genita in materia illius: nuquaq; amplius generari posset. Sed hec res sic simpliciter audita: no sonat omnibus: primo non sonat Aueroi: qui vnus intellectum materialem numero ponit formam omnium hominum specificam & vltimam: vt declarauit in libro de beatitudine. Constat autem homines esse materias totaliter diuersas. Secundo vna intentio numero coloris est in oculo: & sensibus interioribus.

Dubius

Bº recetio rum

ppa possi

Propter hec videtur mihi esse dicendum cum peripateticis primo qd forma eterna est vna numero: et esse potest in diuersis materijs totalibus: vt deus est forma omnium orbium prima. secundo celi. comento. lxxi. & xly. & xij. metaphysice. comento. xli. item qd rationalis anima vna numero est in senex: que presertim in iuvene: vbi materij sunt oino & totaliter diuersa apud monachum. Dico secundo qd in formis intentionalibus vna forma numero potest esse in diuersis subis: vt vna numero coloris intentio est in diuersis oculis diuersorum hominum: & hoc quia intentionalis & illimitata: sed loquendo de forma reali & generabili: vna forma numero potest esse: nisi in eadem materia: & ad hoc valent rationes recentiorum: quia forma illa non est aliud: qd formatio materij: et ita vt materij differunt: sic forme: hec de primo.

De scdo

De secundo vero inueniuntur plures modi dicendi: ambo tamen reducuntur ad idem. Nam agens influens est agens per se: & per propria naturam: agens non influens: est agens per accidens. Et propterea ambo modi sunt vnus modus: & ita quicquid est contra primum modum: est contra secundum. Tunc dicunt qd idem numero effectus potest effici a pluribus agentibus per accidens: vt idem numero bos potest a pluribus interfici. Secundo dicunt qd idem numero effectus non potest produci a pluribus agentibus per se: probant. quia tunc idem bis fieret: & hoc tenet Aueroes. xij. metaphysice. comento. xi.

ipugnatio

Sic hic modus deficit. primo: quia Socrates a Platone fit: & non per accidens: nec per se: igitur illa distinctio est insufficientis. Secundo quia per hanc resolutionem non patet si idem homo numero possit esse a pluribus patribus. Propterea animaduerte primo qd agens est duplex. per se: & per accidens: per se est quod per naturam agit: sic Socrates pater est agens per se respectu Platonis filij. per accidens quod non agit per naturam: sed est remouens prohibens: vel applicans actiua passiuus. Iterum per se agentium aliud per se ordinatur in effectum: vt celum. Aliud per accidens vt auus ad patrem: & pater ad filium.

positio magnoz.

Tunc quidam magni theologi tenent. primo qd idem effectus numero potest esse a pluribus causis per accidens: vt patet de boue interfecto. Tenet secundo qd idem filius quo ad mam & formam potest esse a diuersis patribus. probant: qd corpus hominis vel sit solus a menstruo

mulieris: vel etiam a menstruo & semine viri: cum ambo generentur ex superfluo alimenti: vbi idem sit alimentum et cibus: idem superfluet: et ideo potest esse idem filius numero a patribus diuersis: qd potest idem alimentum superesse. Tenent tertio qd idem effectus numero non potest effici a diuersis agentibus per se & essentiali ordinatis: & hoc cedunt recentiores.

Impugna

Sed pace horum dixerim: hoc stare non potest: primo quia si idem numero filius potest esse a diuersis patribus: tunc idem numero potest redire: declaratur: quia idem alimentum potest superflue ante et post mortem: igitur potest redire post mortem. Secundo tunc generatio naturalis no esset ordinata: declaratur. quoniam primum principium vnde motus est contingens: igitur & motus ab illo erit contingens: et sic generatio erit contingens: & inordinata.

ppa po

Propter hec videtur mihi qd solum ab agentibus per accidens possit idem numero effici: quoniam talia non agunt: sed magis remouent impedimenta: qd bus actio non errat. Argumentum eorum iam est solutum: nam licet idem alimentum numero possit esse: non tamen idem nutrimentus actu: quia calores decoquentes differunt: adfunt alie rationes: quibus differunt semina. Tunc ad rationem in principio quod stionis patet solutio. Alterius querunt vtru in quolibet plurium instantium idem numero generabile datum possit generari. vt si Socrates sit genitus in a. instante: vtrum ipsum potest vel potuisset esse genitum in b. instante. Omissis argumentis: primo videtur de motu. secundo de re mobili.

Quantum ad primum quidam recentiores tenent qd non: vbi primo petunt quia aliter preteritum non potest esse preteritum: quia aliter preteritum esset futurum: quod est simpliciter impossibile. Petunt secundo motum esse tempus: vel saltem consignificare tempus. quarto physice aufcultationis. textu corinth. petunt tertio motum esse aliud a mobili: quia motus successione: mobile permanentiam importat. Tunc tenent tria. Primum qd motus factus in vno tempore non potuit fuisse alio in tempore: probant. quia motus vel est tempus: vel importat tempus: sed tempus factum non potest non fuisse: igitur motus factus in a. tempore: non potest non fuisse in a. tempore: ex hoc sequitur qd impossibile est motu celi factum in vno tempore: esse in alio: vel fuisse in alio.

Secunda conclusio. nullus motus inferior potest esse in alio tempore: qd in eo in quo est. primo. quia omnes alij dependent a primo. viij. physicoz. ad principium. Secundo. quia remotio principalis cause remouet effectum: modo motus celi est principalior causa omnium motuum. Ex quo inferunt qd eundem cursum numero: quem Socrates hodie facit: non potuisset fecisse alio in tempore. Itz sequitur qd si Socrates mouetur aliquo motu hora vigesima: si expectasset vsq; ad hora vigesima: non potuisset isto met motu fuisse motus: licet potuisset alio.

Tertia conclusio. illud quod acquiritur per motus aliquez totalem tanquam eius proprius terminus extrinsecus: impossibile est acquiri per alium. probant. quia alius terminus est alterius motus: vnde motus vel ipse terminus est: vel numerat ob terminum. gnato physicoz. comento nono. quare vnus terminus non potest esse: nisi per vnum motum tantus.

Alij & famosi theologi dicunt: que daz tria his: primo enim petunt tempus non esse motum: patet quia

tempus est mensura: & motus mensuratum: modo mensura est alia a mensurato. Ex hoc inferunt qd plures motus possunt esse in vno tempore: qd plura possunt mensurari vna mensura. Secundo inferunt qd vnus motus potest mensurari diuersis mensuris vicibus diuersis: vt idem panus potest mensurari bis vna. Secundo petunt qd hi motus non dependent per se a motu celi. sed qd hec cause sunt subordinatę illi: non tamen dependentes. Ex hoc sequitur qd in diuersis motibus celi potest esse vnus & idem motus inferior. Tertio petunt qd motus diuersi possunt esse ad vnu terminum numero: patet de locali recto & circulari. Tunc dicunt primo qd a. motus qui nunc est: potest vel potuit fuisse in alio tempore: probant quia vnu mensuratum potest bis eadez mensura vel diuersis equalibus mensurari: vt accepti. Tunc ad rationes contra hoc respondet qd bene aliquis effectus potest bis generari: imo infinities: nuquam tamen erit bis genitus. Ad secundum dicendum. qd suppositio est falsa: nam motus differt a tempore: & sic idem motus potest esse in diuersis temporibus. Secundo tenent qd reuolutio celi que est hodie in quantum motus: potuit fuisse heri: sed in quantum motus celi: non potuit: quia vt sic est necessaria ab intellectu necessario mouente: qui mouet inuariabiliter. Tertio tenet qd motus inferior qui est hodie potuit fuisse abs. probatur. quia iste non dependet ab illo celi: nisi fm ordinem. Et per hoc ad argumenta contra hoc. Ad primum patet solutio: quia ceteri motus non dependet a motu celi. Ad secundum etiam patet: quia motus est causa principalior non fm influentiam: sed fm ordinem. Tenent quarto qd illud quod acquiri per vna mutationem potuit acquiri per aliam. primo quia vnus terminus esse potest plurium. Secundo qd diuersitas posterioris non arguit differentiam prioris: sed motus est posterior termino saltem fm intentionem: igitur variato motu: potest idem terminus esse. Tunc ad rationem contra hoc patet solutio: motus enim differt a termino motus: non enim capit esse a termino fm numerum. sed fm species. Hec de primo. De secundo recentiores tenent qd generabile datum non potest idem numero vel impossibile est in quolibet plurium instantium produci. primo quia mutatio qua producitur non potest fuisse in alio tempore. Secundo quia motus celi continuo est alius: qui est per se causa reruz. Tertio quia omnes cause non possunt in diuersis instantibus esse eadez numero. Quarto tunc idem numero posset redire. dicunt secundo idem numero non posse redire. Animaduerte qd famosi viri tenent oppositum. qd. vs. si aliqd generabile sit genitum in aliquo instante: idem numero potuit fuisse in alio: quod probant. primo quia tempus et instans non est de essentia: nec essentialis productio: igitur indifferenter potest esse in quolibet tempore. Secundo idem numero corpus potest esse in omni loco. Igitur idem numero effectus potest esse in quolibet tempore sibi equali.

Tunc ad primam dicunt qd vna mutatio numero potuisset produci in diuersis temporibus: vel positio qd non: ad huc vnus terminus vnus potest esse plurium mutationu. Ad scdoz dicendum qd motus celi non est ea eoz que hic agunt: sed hec cause vna cum celo sunt cause subordinatę ad vnum: & non per influentiam: nec per aspectum: quicquid dicat Ptholomeus: cuius nunc auctoritas non recipitur. Ad tertium dicen-

dum. q. omnes cause possunt concurrere in diuersis temporibus: quia causa particularis et celum: nam celum per naturam est causa: que semper est eadem. Ad quartum nego consequentiam: quia licet remaneat eadem materia: et idem agens: non manet eadem potentia respectiva: quia illa desinit in aduentu forme sicut in Auerroem: et sic in hac re nulla videtur necessitas: verum tenendo mentem probabiliter: et ceterorum astronomorum qui volunt celum agere motu et lumine: tunc oportet dicere quod sicut continuo est aliud et aliud lumen: aliud et alius motus: et planetarum configuratio: sic concursus causarum nunquam potest esse nisi in uno tempore: tu vero in his considera.

De augmentatione

De augmentatio vero reliquus est dicere: et quo differt a generatione: alteratione: et quo modo augetur eorum: quae augetur: singulum: et minuitur: eorum quae minuiuntur: vnumquodque.

co. lxxxiiij.

Perfectio hactenus declarare tam generationes: quam alterationem. Nunc de augmentatione proponit: dicitur autem augmentatio grece augetis latine. Tum augmentatio. Tum auctio. Tum incrementum. Minutio vero dicitur: phibit: latine diminutio: siue iminutio. De augete et phibit: hoc est incremento: et iminutione nunc proponit: proponit autem duo. v. quo differt a generatione: et alteratione: ac latine. item quod et quo modo augetur augmentabile: quo modou iminuitur diminubile. Dic perfectam colliget descriptionem: ab ipso enim augmentabili colliget genus ipsum: ab aliorum motuum differentia colliget differentiam: et inde perfectam congregat definitionem.

Considerandum itaque primo: vtrum eorum adinuicem differentia solum sit penes id ad quod sunt. verbi causa quod haec quidem transmutatio quae est ex hoc in hoc: vt ex potentia suba: in actu substantiam: generatio est: quae vero ad magnitudinem: auctio: et iminutio: quae autem ad affectiones: alteratio. Ambae autem sunt ex entibus potentia in actum transmutatio eorum quae dicta sunt. Aut etiam transmutationis refertur modus: videtur enim quod quidem alteratur: non ex necessitate sicut locum transmutatum: neque quod generatur: sed quod augetur: et minuitur. verum modo altero ab eo: quod fertur. Quod quidem enim fertur: totum permutat locum: quod vero augetur: quoadmodum id quod extenditur: ipso enim permanente: partes sicut loci mouentur.

co. lxxxix.

Transmutationes differunt trifaria: vel penes terminos ad quos: aut penes modos transmutandi: aut penes subiecta: de differentia penes subiecta: alibi dixit: et posterius quaedam adiciet. Nunc proponit vt augmentatio ab alteratione: et generatione differat: penes terminos: aut penes modos quibus transmutationes fiunt: penes quidem terminos: vt sit haec quod dem generatio ad substantiam. Illa alteratio ad passionem. Illa augmentatio ad quantitatem: penes vero modos: vt generatio et corruptio et alteratio non sint

in loco: augmentatio vero sit in loco: sed modo alio a latione: nam latio maxime recta est in loco permutata: quia locum deserit: et locum accipit: at augmentatio est in loco non permutanter: sed permanenter: quod est in loco: quoadmodum quod circue circa rarefit ipso existente fixo. De igitur est questio. Inquit. Considerandum itaque primo: vtrum eorum adinuicem differentia solum sit penes id ad quod sunt: hoc est penes terminos ad quos. verbi causa quod haec quidem transmutatio quae est ex hoc in hoc: vt ex potentia suba. in actu substantiam: generatio est: quae vero ad magnitudinem: sit auctio: et iminutio: quae autem ad affectiones: siue passionem: vt ad qualitates de tertia specie: sit alteratio: et ne sit contentio antiqua subdit: ambe autem haec. v. auctio et alteratio sunt ex entibus in potentia in actum transmutationes: eorum quae dicta sunt. v. alteratio qualitatis: auctio quantitatis: hoc itaque adicit: ne quis credat solam generationem esse ex ente in potentia ad ens in actu. Hoc est primum membrum questionis: deinde subscribit sicut d. aut etiam transmutationis refertur modus: ita vt non tantum penes terminos differat: sed penes modos: et hoc declarat. d. Videtur enim quod alteratur: non ex necessitate sicut locum transmutatum: neque quod generatur: sed quod augetur et minuitur: videtur sicut locum transmutari. verum modo altero ab eo quod fertur: et loco mouetur. Quod quidem enim fertur: totum locum permutat: maxime in motu recto: quod vero augetur: mutat locum: quoadmodum mutat id quod extenditur aut rarefit: elauo enim grece: extendo: siue duco: siue rarefitio latine: nam quod rarefit: hoc modo mouetur: quod ipso permanente sicut eundem locum: partes eius sicut locum mouentur: est igitur questio: vtrum augmentatio differt a ceteris motibus penes terminos tantum: an penes modos: et sic littera est suspensiu.

Non quoadmodum quae spaciae. haec quidem enim aequali in loco transmutantur: toto ipso permanente. Sed quae sunt eius quod augetur: semper in ampliozem locum: quae vero eius quod minuitur. in minoem.

co. lxxx.

Sed contra argues: quia si quod augetur mutat locum sicut partes: tunc non differt ab eo quod mouetur circulariter. Respondet. non. subaudi mouentur partes aucti: quoadmodum mouentur partes: quae sunt sphaere. De quidem enim equali in loco transmutantur: toto ipso permanente: et sic mutat locum sicut partes: ipso loco semper existente equali: sed partes quae sunt eius: quod augetur semper transmutantur et rarefiunt in ampliozem locum: quae vero eius: quod minuitur: in minoem: et sic loci non seruetur equalitas.

Quoniam quidem igitur transmutatio eius quod generatur: et alteratur: et augetur: non tantum differt penes id ad quod: sed etiam sic: patet.

co. lxxxij.

Soluit questionem: et vult quod eiusmodi transmutationes differunt penes terminos ad quos: et sic: hoc est penes modos.

At circa quid est transmutatio auctio: et iminutio: cum circa magnitudinem videatur esse: ipsum augeri et minui: quae naz

ratione suscipiendum.

co. lxxxij.

Duo proposuit: quorum primus erat. quo auctio ceteris et transmutationibus discrepat: circa quod mouit: et soluit questionem. Secundum erat quomodo augendum augetur: minuendum minuatur: perfecit primum: nunc circa sicut mouet questionem. Petit autem vnum ex nunc dictis: et aliud postulat. Petit quod dem auctioem et iminutionem circa magnitudinem fieri: at postulat qua nam ratione ipsum augeri et minui circa magnitudinem fiant. Inquit. at circa quid est transmutatio auctio: et iminutio: quod erat sicut cum circa magnitudinem videatur esse: ipsum augeri et minui: qua ratione suscipiendum: verbum qua ratione: grece est poteros: quod interrogat.

Atrum ex potentia quidem magnitudine et corpore: actu vero in corpore: et indiuiduo fieri corpus et magnitudinem.

co. lxxxij.

Explicat questionem propositam. quasi dicat. vtrum suscipiendum sit fieri corpus et magnitudinem ex potentia quidem magnitudine et corpore: actu vero in corpore et indiuiduo: an subaudi in. ex actu corpore corpus: et ex actu magnitudine magnum fieri sit dicendum. Mouit autem questionem hanc propter physicos: qui dixerunt aliquod elementorum quantum esse omnium materiam: qua ratione oportet dicere clementum effici ex actu quanto: et actu corpore cum elementum illud sit actu quantum.

Et hoc cum bifariam dici contingat: qua nam ratione auctio fit: vtrum ex separata ipsa per se materia: aut existente aliquo in corpore.

co. lxxxij.

Omnes concedunt auctioem effici ipsa e materia: quae quidem actu non est corpus: sed potentia. Sed ipsa non esse corpus dupliciter est: aut loco: aut esse: quae res vt intelligatur: animaduerte quod aliquid separari ab aliquo pro nunc dupliciter contingit: aut loco qua ratione vinum fustum et dolio ipso separari loco contingit: quomodo Pythagorei et forte Plato materiam separata a corpore physico dixerunt: nam extima uerunt ipsam esse vacuam quoddam e physico corpore loco separatum. Aut esse: qua ratione vinum in dolio constitutum e dolio ipso re et esse siue definitione separatur: quia realiter differunt sicut accidens et subiectum: vel locatus et locus: quomodo peripatetici materiam separari a corpore profitentur: cum ipsa non sit corpus: sed in potentia ad corpus: et re et definitione aliquid quid a corpore ipso. Sunt qui addunt aliquid separari ab alio loco et re siue esse: nauta in portu ex nauis separatur: cum nec sit nauis: sicut esse: nec in vno eodemque loco cum nauis ipsa. Nihil tamen separari potest ab alio loco: et non esse: nam vbi loco separatur: et esse necesse est distinguere. Qua distinctione accepta: petit dato quod ex materia auctio ipsa fiat. Et hoc cum bifariam dici contingat: id est cum materia bifariam dicatur non corpus: vt pote loco: et esse: qua nam ratione auctio fit: vtrum ex separata ipsa per se materia. subaudi a corporibus physico loco tantum: aut existente aliquo in corpore: et ita non loco: sed re et esse separata. Est igitur questio. vtrum auctio fiat ex materia separata e physico corpore loco et subiecto: vt pythagorei: an separata re et esse: non autem loco: more peripateticorum. Recentiores petunt quomodo po-

test intelligi materiam separari a quantitate: et esse partem corporis sensibilis. Respondent quia potest intelligi esse pars rei diuisibilis: vt intellectus in diuiduus pars est hominis: imo precipua pars: quoniam homo est res diuidua: res haec sumit dubium in defensione certioris: an enim intellectus pars sit hominis: physici ambigunt. Adhuc nec questio est ad positum: nec solutio: quando quidem Aristoteles per separari sicut esse intelligat separari sicut rem: non sicut subiectionem: dicas igitur: vt diximus.

Aut impossibile vtroque modo. Separata quidem enim existens: aut nullum possibile locum: aut vt punctus quidam: aut vacuus erit: aut corpus insensibile. Sed bonum hoc quidem non contingit. illud vero necessarium esse in quodam. Semper enim alicubi erit: quod generatur ex ipsa: quare et ipsa: aut per se: aut per accidens.

co. lxxxij.

Constat vtrumque datum: primo quod materia non sit loco separata a corporibus physico: quia hoc non potest esse nisi tribus modis: vel quod ipsa separata nullum obtineat locum vt punctum: aut obtineat locum: verum sit vacuum ipsum: aut tertio plenum sed insensibile vt aer: igitur si materia est separata: aut erit in loco: aut nullo modo in loco erit. Inquit Aristoteles. sicut bonum: hoc quidem non contingit. sicut vt materia sit separata: et non in loco. Illud vero. sicut ipsam esse in loco necessarium est esse: sed non separata: sed existens in quodam: et hoc probat. omne quod est pars alicuius: quod est in loco per se: est in loco per accidens ratione illius. Sed materia est pars eius quod generatur: quod est in loco per se: igitur materia est in loco per accidens: de ratione tangit vim minoris. d. Semper. n. alicubi erit: quod generatur ex ipsa: hoc est genitum cuius ipsa est pars: haec fuit minor: dat conclusionem. d. quare et ipsa: aut per se: aut per accidens. subaudi in loco erit: et sic nullo modo potest loco separari a physico corpore. Essent hic dubitationes. primo quod intellectus sicut veritatem est pars hominis: et nullo modo est in loco. Itemque pars celi intelligentia est: et nullo modo in loco. Amplius quod est in loco per accidens potest non esse. De sunt alibi ad longum tractata. Nunc vero sciendum quod pars alicuius est duplex: dependens a toto: et independens: vt multis locis colligitur: intellectus est pars hominis independens ab homine: ideo indiuiduus: quia cum non dependeat in esse ab homine: nec in accidentibus eius: quorum vnum est diuidui. Similiter et intelligentia celi est: at materia est pars dependens ipso a toto: et ideo potest accipere conditiones totius: quarum vna est diuisio: itemque materia est in loco per accidens: sed necessario: nam est quoddam per accidens necessario: primo physice auscultationis. com. lvi. et iij. phys. com. xx.

At vero si in quodam sit: sed quidem separatum ita: vt nullius per se: aut per accidens aliquid sit: multa accidunt et impossibilia. Bico autem si aer ex aqua fiat: non ex aqua erit transmutata.

co. lxxxij.

Destruit sicut: et probat quod auctio sine generatio fieri non potest a materia separata sicut esse a corpore ad itell. d. tui: et arguit: nam vbi materia est separata a corpore sicut esse: ita quod esse materiam non sit esse corporis: sicut esse vini non est esse

doly: tunc materia esset in actu in corpore: quia omne esse est a forma: et actu: quare materia haberet actuale esse aliud ab eo corpore: i quo est. si materia est actu in corpore utpote in aqua: tunc potest ex aqua effici aer: non corrupta aqua. probatur. quia aer fit ex materia aqua: que est res in actu: igitur potest fieri ex materia eius: nulla facta variatione in aqua.

Dubones Sed hic est locus considerationis. Primo. qz apud Aristotelem omne quod generatur: fit a materia: et materia distinguitur fm esse a forma: et composito. igitur contra ipsum sequetur idem inconueniens. Secundo. ex mixto fit elementum: et constat elementum esse distinctum fm esse a mixto: et tamen fieri non potest nisi corruptatur mixtus. Dicitur potest qz tota ratio dirigitur ad antiquos: qui tenuere materias esse aliqz elementorum: et actu ens: et perfectus in specie: et qz generatio est alteratio: contra quos bene valet qz tunc potest generatio fieri ex materia ipsa: nulla facta corruptione essentiali in ipsa aqua: quando quidem materia aque sit res actu et perfecta.

Etiam qz tunc ut in vase: inherit ipsi aquae materia. Infinitas enim nihil vetabit materias esse: quare et gnari actu.

co. lxxxvii. Secundo arguit. si materia fm esse separaret a corpore: sicut aqua a vase: tunc esset indiuidua f3 esse: igitur in vno corpore possunt esse infinita indiuidua ut puncta. Hoc autem relinquit tam falsum: quia tunc ex illis infinitis materis pnt simul infinita generari.

Uis ronis Animaduerte qz Aristoteles arguit ex possibili f3 imaginationem ad impossibile fm imaginationem: hoc modo: vbi materia sit ita separata a corpore: ut aqua a vase: tunc esset qd indiuidibile: igitur eet imaginabile esse infinitas materias in vno corpore: sicut imaginabile esse esse infinita puncta in vno corpore: quia e re ex illis imaginabile esset fieri actu infinita genita: hoc autem est re et imaginatione impossibile: igitur et id ex quo sequitur.

Amplius vero nec sic videtur genitus aer ex aqua: veluti exiens a manente.

co. lxxxviii. Syllogizat hypothetice sic. si materia eet in corpore: ut aqua in vase: tunc aer esset genitus ex aqua: veluti exiens a manente: generaret eniz aer ab aqua. p ut materia exiret ab illa: qua ratione esset generatio exitus quidam a manente. Destruit cosequens. d. Amplius vero nec sic videtur genitus aer ex aqua: veluti exiens a manente: et sic vult habere oppm antis.

Abelius igitur est facere omnibus inseparatam esse materiam: veluti existentes vna3 et numero eadem: rone vero non vna3.

co. lxxxix. Ex is concludit veritatem: q. si materia non sit separata fm esse a corpore: imo sit fm subiectu vna et eadem numero. ratione vero non vna: quia propter formas multiplicatur: a quibus sumitur ratio.

Dubones Ambigunt iuniores vtrum materia possit fm esse separari a magnitudinib3. Videtur qz sic. pmo. qz omnis substantia pmo est tempore accidente. igitur potest separari. secundo. qz omne prius potest separari a suo posteriori. tertio. quia accidens est quod potest inesse et abesse preter subiecti corruptionem.

2a dubita: Secundo ambigunt contra Aristotelem: quia videtur in eodem esse plures materias coextensas: quoniam quando mixtum generatur ex elementis: que

libet pars mixti est mixta: igitur coextenduntur sub eadem quantitate omnes forme elementorum: sed no separatur materia a sua forma: nec qz forma a sua materia: igitur etiam coextenduntur sub eadem forma mixti omnes materie elementoz. Ad idem fiat bipedale tripedale per rarefactionem: tunc pedalitas acquiritur in aliqua materia: et no in prima materia: que pfuit: quia tunc penetratio: igitur in materia noua: et sic due materie simul in eodem.

Solones Ad primam respondet Auerroes. vii. metaphys. cometo quarto. qz accidentia sunt in duplici differentia: quedam separabilia: et tunc subiectus est prius tempore accidente: quedam inseparabilia: et tunc subiectum precedit illa tempore quo ad eius materiam: et non quo ad totum: ut homo precedit risibile f3 materiam: licz non ut homo. Sed ista responsio non satisfacit questioni: imo est falsa: quia tunc materia precederet tempore dimensionem: et sic posset ee sine dimensione. Propterea animaduerte apud Auerro. esse propositionem veram cum reduplicatione: que est falsa absolute: ut omne animal potest videre: absolute est falsa: que tamen cum reduplicatione est vera: nam omne animal potest videre inquantum animal: imo et talpa potest videre inquantum animal. quinto metaphys. comen. xxxvii. Similiter in proposito ois substantia potest separari ab accidente inquantum substantia: absolute tamen substantia omnis non potest separari ab accidente: ut patuit. Similiter omne prius potest separari a posteriori inquantum prius: et tamen absolute non omne prius potest separari a posteriori: ut patet in multis. Et per hec p3 solo ad duo pma. dictum vero Auer. vii. metaph. intelligit tñ in accidentibus actu: et terminatis. Ad tertiu quicqd velint recentiores definitio accidentis data a Porphyrio intelligitur: ut dicit Aristoteles primo thopicorum. cap. iiii. qz potest adesse: et abesse: pter subiecti corruptionem: hoc est qz est predicatum non conuersim: et sic magnitudo est accidens materie: et non potest separari.

Ad secundam tenemus qz in vno vna est materia: et oium vna est materia fm priuatione: non autem fm actum. tunc apud Auerro. in. iij. celi. com. lxxxv. oportet imaginari ee in mixto vnam materiam tñ omnium formarum: nam elementa cum veniunt ad mixturas in prima mixtione reru: ne se penetrat: fraguntur ad minima: que postea agunt et patiuntur inuicem: quousqz in cuiuslibet elemeti materia inducitur per generationem forme alioz elementoz: prioz forma non corrupta: ad quarum formarum gnationem sequitur continuatio oium materialium elementoz: et no extensio: nec penetratio: qua ratione materia vnius elemeti no ingreditur materiam alterius: nec forma vni elemeti migrat in materiam alterius elemeti: sed bene generat formas cofsimilem in materia alterius: et eodetra: qua generatioe formaz mutuo facta: materia ipa redditur vna oium: et sub vna dimensione: sed hoc stare non potest: qz licz minimuz ignis generet in minimo aque formam: non propterea sequetur continuatio materie: nam potest bipedale ignis agere in ligni: et materie ambozum non efficientur vna. ppterea melius esset dicendum qz ex illa reciproca generatione vni forme in minimo alterius: fit quedam dispositio priua ad continuationem: que postea sequitur in instanti: quo ipsa forma vltima mixtionis aduenit: tunc eni omnes materie efficientur vna numero omnium formarum elementoz: hec est responsio optima ad mentem

Solones

6. p. de do. so. 2. re. plicatua

co. xc.

co. xci.

co. xcj.

mentem Auerrois. Ad scdm diceret Auerroes in libro de substantia orbis. qz dum additur pedale supra bipedale: ibi no additur quantitas quantitati. ita ut sint duo pedalia: quoz vnu3 alteri adueniat. immo pma quantitas subito definit esse: et continuo generat alia et alia dimensio: quousqz in fine sit inducta tripedalitas subito in eadez materia numero. Nec intellige qz dimensio pma desinat simpliciter. et noua generet simpliciter eadem materia remanete sub vtraqz. Sed qz prima quantitas desinat informare subiectum sub primo termino. et scda incipiat informare sub alio termino. nam dimensiones ut longitudo. latitudo et profunditas sunt materie coeternz. sed generantur et corrumpuntur fm terminos. pro quanto dimensio nuc informat materiam sub vno: nunc sub alio termino.

At vero neqz puncta neqz lineas ma3 corporis ponendu est. dictas ob causas.

co. xc. Ex actis de materie separatione: ostendit qz esse no potest indiuiduum simpliciter ut punctu respectu linez: nec ut linea respectu corporis: quod indiuisibile est omnino tale. et ait hoc probari posse us met rationibus: quibus impugnata est separatio. quia tunc nullibi esset. Tum quia infinite possunt intelligi materie in vno mixto. Tum etiam ob alias causas.

Illud praeterea cuius haec vltima sunt: materia est. quae neqz sine passione aliqua do poterit esse: neqz sine forma.

co. xci. Secdo arguit in tertia figura sic: linea et punctu sunt terminus materie. materia no est terminus materie. igitur materia no est punctus neqz linea. apponit maior. d. Illud praeterea cuius haec vltima sunt: materia est. deinde addit minorem. d. que neqz sine passione. hoc dico materiam: que neqz sine passione aliqua do poterit esse. neqz sine forma: quasi velit qz sit no terminus: sed semper terminata. verbum praeterea: in greco est de. modo sic trasluli: ut sensus sit apertior.

Sit quidem igitur simpliciter alterum ex altero. quemadmodum et in alijs dictum est. Sed a quodam et actu existere: vel simili: ut ignis ab igne: aut homo ab homine. vlt ab actu. nam durum no a duro fit.

co. xcj. Nunc ex dictis concludit qua ratione se habet agens et factum: siue generans et genitum. et vult qz omne qd generatur generetur ex alio: ita ut nihil generet se: s3 semper generans differat a genito. verum qz differant: semper genitum est vel a generante sibi simili in spe: vel sibi simili in virtute. in specie quidez: ut ignis ab igne: et homo ab homine: in virtute vero: ut vermiz et mus a celo: siue sole: nam sol est in actu tale: quale mus in potentia: quod est ee virtute et potetia actiua tale. Similiter durum fit: et no semper a duro: sed ab agente actu. hoc est habens potentiam agendi duruz. et sic omne quod fit: vel fit a simili in specie: vel simili in actu: et potetia actiua. Inquit. Sit quide igitur simpliciter alteru ex altero. ita ut semp gnans sit simplr aliud a genito. ut in alijs. hoc est 7a metaph. dictu est. Declarat tamen illaz diuersitatem reduci ad quada3 conuenientiam. d. Sed ipsum genituz fit a quodam et actu existente. hoc est quod conuenit genito in virtute: vel simili. Exemplum secudi: ut ignis ab igne: aut homo ab homine. Exemplu pmi. ut durum no a duro fit: sed ab agente non duro. Et hic appet qz inepte

recentiores hunc locum intelligunt. Credidere eniz Aristotelem declarare mam no esse actu separatam a magnitudinib3: quod nec verba Aristotelis: nec dicendi necessitas exoptulat.

Quoniam vero materia ipsa et subae corporeae est: et corporis iam talis (nam coe corpus nullum est) vna erit et magnitudinis: et passionis: ratione quidem altera: loco vero non altera: nisi passiones essent et separabiles.

Is expositis: nuc magis ad rem accedens. declarat vnam esse materia augmenti et alterationis. Et hoc pbat. subz corpore: et talis determinati corporis vna est materia: alteratio est corporis talis: augmentatio subz corpore. igitur vna est materia alterationis: et augmenti. Syllus est ex ambobus obliquis. Inquit. Quonia vna et ipsa est ma subz corpore: et corporis ia talis indiuidui. Hec est maior. cui cam subdit. d. na coe corpus nulluz est: et per cosequens no pot esse alia materia corporis: et huius corporis. Omnia minore. addit conclusionem. d. Vna erit et magnitudinis et passionis. Animaduerte qz omne qd altera est corp hoc: siue tale: ut calidu vel frigidum: qz ut hoc et calidum altera ad frigidu. Omne qd auget est corpus: no tamen inquantum tale calidu et frigidu. Et sic patz minor qz alteratio est corporis talis: augmentatio corporis: sed vna est materia talis corporis: et corporis: igit vna et alterationis: et augmenti. Sed dices. vna est materia alterationis et augmenti: igitur alteratio est augmentum. Cui ipse responder. d. ratione quidem altera: loco vero non altera: et sic alteratio non erit augmentatio. Sed dices. falsum est passiones ee corporis inquantuz talis. Respondet nisi passiones essent separabiles: sed cu no sint separabiles: sed oino in materia et hac sensibili materia: ideo passiones erut corporis ut talis: et augmentum corporis tantum: et per consequens licz materia sit vna ambozum fm subiectum: erit altera ratione.

Manifestum igitur ex perquisitis qz non est auctio transmutatio: ex potentia magnitudine: actu vero nullam habente magnitudinem. Separatum enim iaz esset coe: hoc vero qz impossibile: dictum est prius.

Nunc subiectum proximum augmenti cocludit ex dictis: et potest sic syllogizare: quod alteratur non est ens in potentia: omne quod augetur alteratur: igitur nullum ens in potentia augetur: et per consequens auctio non potest esse ex ente in potentia taqz ex subiecto: acceptis et suppositis premissis ex textu nunc dicto. Inquit. Manifestu igitur ex perquisitis paulo ante: qz non est auctio transmutatio ex potentia magnitudine: actu vero nullam habente magnitudinem: et sic subiectum oportet esse actu quantu et quale: et hoc probat. d. Separatum enim iam esset comune: si non ex actu quanto et quali esset: nam vbi non sic esset: tunc auctio esset ex materia quanta separata a corporebus qualibus. Hoc vero qz impossibile: dictum est prius. Sic igitur subiectum actionis est corpus in actu quale: et quantum: et non corpus in potentia: vel corpus commune separatum.

Adhuc vtiqz haec transmutatio: non au-

co. xcij.

Dubita? Solo.

Dubita? Solo.

co. xciiij.

ctionis proprie esset: sed generationis omni no. auctio eni est ad praecipientem magnitudinem additio. diminutio subtractio. igitur quod augetur: aliquam oportet habere magnitudinem. quare auctioem no oportet esse ex materia no quanta ad actu quantam. Etset enim generatio potius corporis q̄ auctio.

L6. xcv. Scdo ad idem arguit sic: ybi subiectum auctiois esset materia ens in potentia: auctio non differt a generatione: sed hoc est in potentia: quia auctio semper est additio quanti ad praecipientem quantum. et sic semper augendum debet esse quantum: aliter sibi no posset fieri additio. tunc dant conclusionem. d. quare auctioem non oportet esse ex materia non quanta. ad actu quantam: esset enim generatio potius corporis quanti ex non quanto. q̄ auctio.

Tres rōes. Et ista littera pos sunt formari tres rationes: prima est: si subiectum auctiois esset prima materia: tunc non differret a generatione. Scdo. auctio est additio ad quantum: igitur praecipiens subiectum est quantum. Tertio. si quod augetur nullo modo fieret quantum corpus: sed solum in fine: tunc auctio non esset corporis augendi additio: sed eet corporis aucti generatio. Sed dices. superius conclusit comune subiectum auctiois et alterationis esse materiam: nunc aut subiectum non esse materia. Responde q̄ ibi de subiecto communi: nunc de proprio locutus est.

Suscipiendum utiqz magis tanq̄ a principio questionem tangentes: qualis cuiusdam entis auctiois: et iminutionis: causas quaerimus.

L6. xcvi. Ut res apertius pateat: in speciali querit de modo auctiois: de subiecto eius baten dixit. de modo restat dicere: quo etiā et subiectum patebit. et inquit. Suscipiendum utiqz magis tanq̄ a principio questiones tangentes: qualis. vs. entis cuiusdam: auctiois: et iminutionis causas quaerimus. hęc questio est magis illa: quia est de modo auctiois: et de subiecto insimul: et sic videtur tanq̄ illa: et non sit illa.

Questio re petita. Aiderur igitur iam aucti partem quamlibet esse auctam. Similiter vero in iminutione: imminutam genitam esse. Adhuc adueniente aliquo: augeri: et subtracto: minui. igitur aut corporeo: aut incorporeo auctio erit. si quidem incorporeo: igitur erit separativacuis. als. cōe. Sed impossibile a magnitudine materia separari: ut quidez dictum est prius. Si vero corporeo: duo in eodem loco corpora erunt. ut quod auget: et quod auget. Sed et hoc est impossibile.

L6. xcviij. Tunc mouet questionē propositam. et petit sibi duo concedenda: que sibi et omnibus patent. Primū. quolibet pars aucti est aucta. Scdz. omne quod augetur: augetur sibi aliquo adueniente. hęc omnes concedūt: tunc querit de illo adueniente: vel est corporeu quid: vel incorporeum: non incorporeum: quia tunc erit ali quod separatum commune incorporeum praecipiens ante auctioem: et sic quantum esset a non quanto. Si

corporeum: tunc quod augetur et quod aduenit erunt simul in eodem loco: et sic penetratio corporum. que scio hęc patet in textu et littera etiaz.

At vero neqz sic contingit auctioem dicere fieri: et diminutionem: quemadmodum interdū ex aqua aer. maior enim moles tunc facta esset. non eniz auctio hoc. sed generatio quidem. eius in quod transmutatio erit. corruptio vero contrarij. sed auctio neutrius.

Scdam suppositionem quidam negarunt: dicentes simul fieri auctioem: et generationem: et non per aliquid adueniens. ut fit ex aqua aer: ybi aer increfcit: nullo adueniente. Aut forte hęc est responsio antiquozū: qui soluere solebant questionem. d. auctioem fieri p alterius rei corruptionem: et hęc expositio est melior.

Contra arguit: quia tunc auctio non differret a generatione: nam dum ex aqua aer fit desinit aqua: generatur aer. et sic desinit vnum contrariuz: generatur alterum. igitur auctio esset generatio: et non additio partis ad partem. ut supposuit. que dicit: patet.

Amplius aut nullius. aut siquid commune vtriusqz est. videlicet genito et corrupto. ut si corpus aqua non aucta est. neqz aer. nā hoc quidem deperijt. Illud vero factuz est. corpus vero siquidem vel augetur. etiaz et hoc impossibile. oportet eniz ratione saluare ea quae insunt aucto et imminuto.

Scdo eandem responsionem confutat sic: in auctioe aliquid augetur: vel nihil: nihil augeri dici non potest: igitur aliquid: aut aer: aut aqua: ac comune vtriusqz corpus. no aqua vel aer: quia aqua desinit: et aer fit: nec commune corpus: quia cum istud varietur de esse aqueo ad esse aerium: corpus idem numero esse no potest sub vtroqz termino: quare non erit auctio: quia de ratione auctiois est ut idem saluetur in vtroqz termino. Inquit. Ampli aut nulli subaudi auctio erit: aut si quid commune vtriusqz est. vs. genito et corrupto ut si corpus. quasi dicar vel nihil est commune: vel ali quod corpus commune. verbum amplius grece est alia. quod potest latine accipi pro etiam: et pro amplius et ceteris id genus. Tunc declarat non posse esse corpus commune. d. aqua non aucta est: ita ut sit illud commune corpus. neqz aer. Cuius causam subdit: nāz hoc quidem ut aqua deperijt. Illud vero factum est ut aer. et sic nullum horum. verbum nam grece est alia: quod accepi pro nam: quia reddit causam. deinde ostendit non posse esse corpus commune. d. corpus vero siquidem vel augetur: etiaz et hoc impossibile: opz eniz ratione saluare ea que insunt aucto et imminuto. modo tale corpus commune no saluatur idem numero: quia substantialiter variatur de esse aqueo in aerium. quare dici non potest aerem augeri: eo q̄ ex aqua generetur.

Sunt autem tria haec: quorum vnum est quidem quamlibet partem effici maiorem magnitudinis auctae. ut caro carnis. et q̄ aliquid adueniat. et tertium q̄ saluetur auctuz et remaneat. In generatione quidem enim simpliciter: seu corruptione: nihil manet: in

Pōe rōes.

L6. xcviij.

L6. xcix.

alteratione vel auctioe: aut minutione. manet idem auctum vel alteratum.

L6. c. Apertius arguit et petit tria esse auctioe necessaria ut q̄ quolibet pars aucti augetur. ut si caro augetur pars carnis quolibz. et ut aliquid de foris adueniat. ut idem numero auctum maneat in principio et fine. Ex ys possunt formari tres rationes: 1. Aristoteles formet istam tñ. omne quod augetur manet. per tertiam: qd generatur non manet. igitur generatum no augetur. at per primam: scilicet conditionem: arguo. quod augetur fm se et qdlibet sui ipso manente augetur. quod generatur no fm se et quodlibet sui ipso manente augetur. igitur generatum non augetur. Amplius et tertio. quod augetur recipit aliquid de foris: sed genitum nihil de foris recipit: et sic idem qd prius. verba patet.

Verum nulla quidem passio: nullave magnitudo eadem manet.

L6. ci. Sed dices. in auctioe et alteratione passio et magnitudo no manent. igitur non differunt a generatione: iam solutum est: qd differentia est pence subiectuz: qz quod auget vel alterat: est. no aut quod generat.

At si dicta erit auctio: contingit nullo adueniente: neqz saluato augeri. et nullo subtracto: diminui: neqz saluari: quod augetur. Sed oportet hoc saluare. nā existit auctio eiusmodi.

L6. ciij. Ultimo concludit intentum. d. at si dicta generatio erit auctio: contingit nullo adueniente: neqz saluato: augeri. et nullo subtracto: diminui: neqz saluari quod augetur: modo dictuz est de bere saluari: nam auctio existit eiusmodi: hoc est talis ut auctum saluetur. verbū existit grece est hypocoite: latine est subyicitur: melius sonat existit: ut transulū. Ex ys patet auctioem non effici per generationem: ut quādo ex aqua aer fit. neqz per praecedentis rei corruptionem: ut dixerunt antiqui. et sic nec generatio: nec corruptio est auctio neqz subiectum auctiois vel minutionis est ens potentia ut materia pma: sed ens actu corporis quod sub vtroqz termino remanet.

Subitabit autem quispiam: quidne sit qd augetur vtrum id cui apponitur: aut id ipsum quod additur. vtpote si ipsum maius crus augetur. cibus vero quod augetur an propter quid vtriusqz ambo non aucti sunt. maius enim erit quod et id cui. quemadmodū cuz quis miscuerit vinum aquae. Similiter eniz vtrunqz erit plus.

L6. ciij. Circa nunc dicta mouet questionem. vs. vtrum id augetur cui fit additio: ut animal ipsum. an id quod additur: aut vtrunqz. et arguit vtrunqz sic. quod maius fit in fine augetur. vtrunqz maius fit. igitur vtrunqz augetur. minor probatur in exemplo mixturę vini cu aqua: ybi ambo aucta sunt. et que dicit: patet. Animaduerte qd dubitatio hęc exoritur ex secunda et tertia auctiois conditionibus. nam dictum est auctioem effici aliquo adueniente. Itemqz illo cui aduenit saluato. Et ita duo concurrunt. vs. adueniens: et id cui aduenit. hinc questio exoritur: an. vs. adueniens ipsum increfcit. an id cui aduenit: vel vtrūqz.

Aut quoniam huius substantia manet. Al-

lius vero vtpote cibi non. Nam et in bis: in mixtione praedominari dicit. veluti qz vinum. Exercet eniz vini opus mixtura vniuersa: non autem aquae.

Respondet Aristoteles non augeri adueniens: sed ipsum cui aduenit. Et hoc probat tripliciter. hic. Prius. qz id cui aduenit saluatur in toto motu. Et hoc ait. Aut quoniam huius. s. cui aduenit substantia manet. Illius vero: vtpote cibi: no. subaudi manet. Scdo id cui aduenit praedominari dicit in fine. Igitur ipsum augetur. dicit. nam et in bis. subaudi cui aduenit in mixtione praedominari dicit. Tertio in mixtura ybi vinum excrefcit: vinū augetur: et non aqua: quādo quidem tota mixtura exercet opera vini: quia sepe inebriat. non autem aquae. Inquit. veluti quia vinum. subaudi praedominatur: dicitur vinum augeri. Exercet enim vini opus mixtura vniuersa: non autem aquae. His tribus rationibus patet id augeri: cui fit additio.

Similiter autem et in alteratione. si existēs caro permanet: ac quod qd est. Passio vero eorum quae per se existunt: aliquid est: quae prius no existebat: alteratū erit hoc.

Incidenter quod declarauit in auctioe: nunc et in alteratione verificat ut vnum per alteruz elucescat. Et inquit. Similiter autem et in alteratione: subaudi est dicendum: ut dictum est in auctioe. Et hoc si existens caro permanet ac quod qd est. Passio vero eorum quae per se existunt: aliquid nunc est: que prius non existebat: quando inquam hęc duo sunt: qd caro manet: et passio nunc primo est: ybi non fuit: alteratuz erit hoc: vtpote caro ipsa: et non passio.

Quo vero alteratur: modo quidem non passum est: modo vero est illud: quare et ipsum alterans: principium motus erit in aucto: et alterato. In bis enim mouens est: nam et ipsum adueniens potius generatur iam: atqz corpus eo fruens: veluti si adueniens esset spiritus: verum corruptum esset illud patiens: et non mouens in illo.

Incidenter in alteratione declarauit ea que in auctioe. nūc vero quod duplex sit in ipsa auctioe alterans: exponit: et vult ee dup: ut alteras passuz: et alteras no passuz. alterans quidem no passum id est qd est principium mouens in aucto et alterato: ut forte est anima ipsa. alterans alteratum est adueniens ut cibus: qui quidem in quantum quidem conuertitur in nouam rem generatur: alteratur: ut vero adueniens est: alterat. Inquit. Quo vero alterat hoc est fit alteratio in ipso viuo: modo quidem non passum est: nec alteratum: modo vero est illud. vs. passum et alteratuz. verbum illud modo grece est ote: latine interdum: hic tamen sic transulū: ut sensus pateat. Hanc differentiam concludens et illius explanationem ait: quare et ipsum alterans principium motus erit in aucto et alterato. In bis enim mouens est: ut anima: verbum istud quare grece est ala: quod latine est. Tum sed: Tum etiam: vsus tamen eius aliquando est pro ipso quare: ut hic accipitur. declarat deinde quo modo cibus est alteratum. d. nāz et ipuz adueniens siue ma-

L6. ciij.

L6. c.

L6. cvl.

gis iuxta græca verba ipsius ingrediens potius generatur iam melius conuertitur dicitur: quia corrumpitur: et in substantiam nutriti generatur: atque etiam corpus eo fruens ut ipsum nutritum subaudi generatur: saltem secundum quid. verbum istud fruens græce est apolau san: latine est etiam accipiens. hęc per exemplum declaratur. d. veluti si adueniens esset spiritus: quod græce est pneuma: hic enim spiritus ingrediens corpus alteratur: quia supercalefit a calore naturali corporis. quia comparauit spiritum cibo: addit differentiam. d. verum corruptum est illud patiens. v. cibum: et non mouens in illo. v. spiritus qui mouet se in illo. aut forte græca littera debet esse sic: quare corruptum est illud patiens: et non mouens in illo: et tunc loquitur de anima et cibo: dicens cibum alterari: quia corrumpitur: at mouens in illo cibo: ut vel corpus vel anima: non corrumpitur. et hoc stat pro tanto: quia verbum illa potest latine esse pro sed: et pro quare.

Quoniam autem sufficienter de his perquisitum est: oportet experiendo dubitationis solutionem adinuenire saluantes: manente eo quod augetur: et quod adueniente augetur. subtracto vero imminuit. Adhuc autem quodlibet signum sensatum: aut maius: aut minus generari. atque neque vacuum esse corpus. neque duas esse in eodem loco magnitudines. neque incorporeo augeri.

L. c. viij. Nunc accedit ad questionem persoluendam. ubi promittit se talem solutionem afferre: qua saluetur auctio et imminutio: et omnes conditiones auctiois et imminutionis: que sunt quinque. v. quod auctio fit ipso aucto remanente eodem. et quod fiat aliquo adueniente. et quod quodlibet signum sensatum: id est quodlibet minimum aucti augetur. et quod maius: aut minus generetur. et quod neque vacuum detur in corpore aucto. et quod duo corpora non sunt in eodem loco. et quod auctio non fit incorporeo. Solutio igitur erit pulchra: quia satisfacet questis: et saluabit has aucti vel imminuti conditiones. verba eius patent.

Suscipiendum tamen primum determinationis causa vniuersalis quodammodo: quod dissimilaria augentur. componitur enim ex his vniuersalibus. deinceps quod caro: et os: et talium pars singularis est duplex: quemadmodum et caeterorum: quae in materia speciem habent. et enim materia dicitur et species caro: aut os. partem igitur quamlibet augeri. aliquo etiam adueniente: secundum speciem quidem est possibile. secundum materiam vero non est.

L. c. viij. Proposuit questionem: deinde promisit soluere illam modo tali: ut cum solutione saluentur omnes conditiones argumenti. nunc exequitur et petit sibi concedenda duo. quorum primum est dissimilaria augeri tunc: græce dissimilaria est anomoiomera. ut neruis: caro: cartilago inuicem comparata. suppositionem hanc probat. d. componitur enim vniuersalibus dissimilariis ex his hoc est similibus. quare dissimilaria ad auctioem similiarium augeri debent. Petit secundo quod caro et os: et talium pars singularis duplex est: quemadmodum duplex est singulorum caeterorum: que in materia speciem siue formam habent.

et subdit quomodo duplex. d. et enim caro et os dicitur materia et dicitur species: ad totum dicitur materia. ad se dicitur species. animal enim ipsum ex carne est uti ex materia: et caro in specie reponitur: ut caro: Acceptis his: saluat vnaque conditionem auctiois. v. quomodo in auctioe quilibet pars sensibilis augetur. et inquit. Partes igitur quamlibet augetur aliquo etiam adueniente secundum speciem est possibile: hoc est verificatur in dissimilibus. secundum materiam vero: hoc est in similibus non potest fieri. sed que dicitur pars formalis: et quare. itemque cur secundum partes formales tunc fiat auctio: in dubitationibus dicemus. Sic igitur patet aucti singularem partem sensibilem esse auctam: loquendo de partibus formalibus: non autem de materialibus.

Oportet enim intelligere ac si quispiam vnica mensura aquam percunctaretur. nam semper alia atque alia fieret. ita quoque carnis materia increfcit: et non per hoc quod pars quilibet fieret: sed eo quod hoc quidem deflueret. Illud vero permaneret: pars. v. quaelibet secundum figuram et speciem.

L. c. ix. Recentiores Aristotelem nunc salutare aliam conditionem dicunt: eam. v. quomodo potest idem auctum in fine et principio remanere idem. et certe hoc verum est: attamen non illud nunc principaliter vult declarare Aristoteles: sed reddere causam eius. quod mox dixit: dicebat enim partes materiales non augeri. sed formales. nunc hoc ostendit: et induit hanc rationem. v. auctum debet manere idem numero in toto motu: partes materiales non manent: sed fluunt: et refiunt: at partes formales manent eadem: quare solę partes secundum formam increfcunt: que vero secundum materiam non. declarat itaque hanc minorem exemplum: et inquit. Oportet enim intelligere ac si quispiam vnica mensura aquam dimeteret: utpote virculo aut fiala: nam isto in casu semper aqua alia fieret atque alia. nam prima abiecta: secunda succederet: ita quoque carnis materia increfcit et non per hoc quod pars quilibet fieret: sed eo quod hoc quidem deflueret: ut partes materiales. illud vero permaneret: utpote quaelibet pars secundum figuram et speciem. Imaginatur Aristoteles formam memori continere materiam membri. hoc est partes similes membri: quo fit ut forma membri sit uti fiala: et partes uti aqua: et contentus: quare sicut eadem permanet fiala: aqua continuo fluente et refluxente: sic membra et eius forma eadem partibus similibus continuo euariatis. et sic patet auctioem fieri secundum partes formales: et non materiales: quando quidem ille manent: hęc defluunt. Ex hoc potest patere quod dixerunt expositores. v. quomodo possit auctio effici: ipso aucto perdurante sub principio et fine: nam secundum formam quidem permanebit: at secundum materiam continuo est aliud. fecit autem eos sic exponere verbis autem: quod ipsi habent: quod verbum aduersarium est: et quodammodo diuersum ponit. at in græcis codicibus scribitur gar: quod latine est reddituum cause.

In dissimilibus vero res ista magis constat veluti in manu: nam proportione vel seruata ipsa augetur. Materia enim quę existat altera a forma: videtur magis hic. quę in carne ipsa: aut similibus. quę obrem in cada-

nere videtur magis iam remanere adhuc caro et os: quę manus aut brachium: quare modo quidem aliquo quelibet pars carnis increfcit. modo vero alio non. nam secundum species quidez pars quaelibet permanet. at secundum materiam minime.

L. c. x. Quo quidez modo maneat eadem pars secundum formam: in exemplo declarauit fiale: nunc idem ostendit in exemplo membrorum: que partes sunt instrumentarię: veluti manus: pes: et cetera id genus. et inquit. In dissimilibus vero res ista que nunc dicta est: magis constat veluti in manu. nam proportione vel seruata: ipsa augetur: quantum enim tota manus augetur: tantum proportionabiliter quibus digitus: vola: et ventriculi: et cetera id genus. reddit causam cur res illa magis appareat in eiusmodi membris: siue instrumentariis partibus: et inquit. materia enim quę existat altera et diuersa a specie: siue forma: ut quę materia manus sit altera a forma manus: videtur magis hic: quę in carne: aut similibus. vocat autem carnem nunc simile: nam in comparatione ad suas partes est eiusdem rationis. hęc comparatione ad os fit forte dissimilare: verificatur propter hoc plebeu eloquium. v. quare in cadauere vulgares carnes et ossa remanere dicunt. non autem oculum: manum et cetera id genus. credunt enim carnem et os remanere secundum eadem rationem in viuo et mortuo: et non manum: aut oculum: sed equiuoce. et inquit. quamobrem in cadauere videtur magis iam remanere adhuc caro et os seruata vniuersatione nominis: quę manus: aut brachium: dixit videtur et græce doxien: quia apud ipsum neque caro: neque oculus vniuersatione manent. quibus expositis concludit veritatem propositionis conditionis. v. quomodo quilibet pars aucti est aucta: et inquit. quare modo quidem aliquo quilibet pars carnis increfcit: ut pars secundum formam quilibet. modo vero alio non: quia non secundum materiam. cuius causam nunc tactam breuibus repetit. d. nam secundum speciem quidem pars quilibet permanet. at secundum materiam minime. et sic patet quomodo cum auctioe stet quamlibet partem augeri. quibus patent duo. primum quomodo quilibet pars aucti augetur. Secundo quo modo auctum idem ipsum in principio et fine permanet. vniuersum enim sequitur ad aliud: ut diximus.

Maius vero totum fit: quotiens aduenit quidem aliquod: quod dicitur et contrarium: fueritque id ipsum in eadem speciem conuersum. veluti si duro molle adueniat: adueniens ipsum transmutabitur et indurescet. nam modo quidem aliquo simile increfcet simili. modo vero alio dissimili.

L. c. xi. Erat alia conditio quomodo fieri potest auctio adueniente aliquo defozio: et non effici penetratio corporum: et hoc nunc declarat: et vult totum auctum effici maius quotiens ab extra aduenit aliquod: quod dicitur et contrarium: fueritque ipsum in membri eandem speciem puerum: veluti si duro ut ossi molle aduenit: tunc adueniens ipsum molle transmutabitur: et indurescet: eo quia conuertetur in membrum durum. nec mirum hoc. v. quod adueniens illud transmutetur: nam modo quidem aliquo simile simili increfcit. modo vero alio dissimili augetur. in princi-

pio quidem erit dissimile. et propterea transmutatur: in fine est simile. et propterea adauget. Dicitur patet non dari corporum penetrationes. quando quidem adueniens corrumpitur: et membrum ex illo genere. Ceterę conditiones: ut quod auctio esse possit: vacuum existente nullo in corpore. nec ipso ab incorporeo: et hęc patet.

Digressio Auerrois. Auerroes in commento. xxxviii. presentis libri digreditur satis cõdeceter: et digressio incipit ibi: (sed Alexander dicit: ubi primo narrat positionem Alexandri: deinde ibi. et hoc si sit verum) confutat illam. Quatum ad primam dicit primo Alexander quod positio Aristotelis quod auctio fiat secundum partes formales: et non secundum materiales. non est dicta per demonstrationem: sed quia ob reuerentiam Aristotelis illi assentimus: et per hoc vult habere rationes philosophi esse dyalecticas. (Materia enim) Secundo petit Alexander quod materia rei auctę non dissoluitur secundum totum: ita ut in fine vite nihil sit. Immo semper in animali restat: aliquid quod res fixa: que se tenet ex parte materie. (Et si non) Tertio probat hanc petitionem per impossibile: quia si nihil materie generitę remaneret: tunc forma materialis data a patre et matre posset separari: vniuersaliter a materia: que potest sic patere: quoniam eque essentialis est forme naturali: materia sibi congenita: et omnis alia: sed potest esse sine materia cõgenita per te: igitur ab omni alia separari potest. (Et cum materia.) Ex hac petitione infert contra Aristotelem quod pars materialis augeri potest: et per rationem eius sic. omne permanens augeri potest: sed pars secundum materiam permanet per petitionem: igitur augeri potest: et sic non tantum pars secundum formam. (Quapropter opz vt) Declarat nunc que sit illa pars materialis: que est vite coqua. Et vult esse duplicem humiditatem naturalis. scilicet que est per membra dispersa: quod humidum radicale etiam dicitur: et humiditas cibalis: tunc imaginatur quod humiditas cibalis adueniens post digestionem: miscetur humiditati naturali per membra dispersę: et quasi mutatur in illius naturam: qua conuersione facta virtute anime membri attrahitur illud mixtum in poris corporis nostri. Et inde in figuraz membri vertitur: quo facto sequitur auctio: et sic ad humiditatis naturalis abundantiam: maior fit auctio: ut patet in pueris: ad illius imminutionem diminutio fit: ut senibus. Hoc facto virtute nature et anime membri conseruatur figura aucti membri tam in auctioe: quę diminutione. sic igitur patet auctioem effici secundum partes materiales: et quomodo fiat apud Alexandrum. (Et hoc si sit verum.) Nunc confutat Alexander. nam primus magister: ut Aristoteles nihil dixit sine forti ratione. nam hic solus philosophus est cum ratione sensata. (Et tunc inquiramus in hoc.) Confutato Alexandro: vult nunc declarare positiones Aristotelis: ubi sciendum quod sicut in alteratione ut in calefactione subiectus est substantia in actu composita: que transit de frigido in calidum: et est terminus a quo ut frigidus. et terminus ad quem ut calidus. sic oportet in auctioe. hęc tria imaginari subiectus. v. terminus a quo: et terminus ad quem. de subiecto nemo dubitat. nam omnes profitentur subiectum esse animal ipsum: siue viuus: quod secundum se et quodlibet minimum naturale augetur. nam in fine auctiois terminus: utpote ipsa quantitas est alia numero: a termino ad quem. Ideo restat inquirere quid sit iste terminus ad quem. Utrum forma ipsa totius: et hoc non. quia tunc per auctioem noua forma efficeret: et cum subiectum

forme sit mā p̄: tūc auctū t subz auctiōis eēt mā p̄, si vo sit quātitas: tūc auctio eēt sola rarefactio. t sic alte ratio. ppter hāc rez magna fuit difficultas de auctio ne. Primo igitur Auerroes ostendit formam ipsam non esse terminum auctiois. d. quia forma vt forma non augetur: hoc est nō potest esse terminus augmēti. nam tunc auctio non differt a generatione simpli ceter. itemqz auctio debet esse fm magnitudines: hoc est ad magnitudinem. ostendit scdo nō esse auctiōē ad dimensionem vt dimensio: eo quia quod augetur: non augetur in quantum quantum. partim quia tunc esset rarefactio. partim quia dimensio est eterna ma terie. t sic concludit augeri vnumquodqz vt quantus habens formam: t sic terminus auctiois erit forma quanta: aut quantitas formata. (Cū augumentus in omnibz): hęc dixit de termino ad quez: nūc de subie cto: t quoniam subiectum augumenti est duplex. pri mus t totale siue adquatatum: t subiectum partiale: t in adquatū. de subiecto pmo nemo dubitat: omnes enim profitentur: vt dixi: subiectum pimum esse ani mal ipsum siue viuū: restat dubitatio de subiectis partialibus: nam totum animal augetur auctis parti bus dissimilariibus: vt manus: pes: brachium: epar: li en: cor: t cetera id gen: hęc dissimilaria augentur: au ctis simulariibus: vt auctis carne: osse: neruis t ceteris id genus: augetur manus. Similaria vero augentur: etiam a suis partibus auctis: sunt autēz duplices par tes: vt minimę potentes per se existere: t operari: aut pati: que apud quosdam formales dicuntur: quia acti uę: aut passiuę: cum actio t passio sint a formis ipsi s: alie partes materiales: que sunt infinitę partes mi ni: aliquantę: non tamen separabiles seorsum: ac po tentes per se existere t operari: dicte nō ille formales: quia solę ille habeant formam: nam t hęc formam ha bent saltem totius: dicte igitur formales: quia agere possunt aut pati ad modum formati. istę nō dicte ma teriales: quia solę materie: sed quia nec agunt nec pa tiuntur: sed solam vim detinent materie: in quantum totum ipsum minimum: cuius sunt constituunt: osten dit igitur subiecta partialia auctiois esse partes for males t nō materiales. primo quia per partes forma les si ponantur augeri: potest saluari argumentum de penetratōe corporū: t nō si partes ipse materiales au gerentur. hanc non probat: potest declarari supposita descriptione partiu: nam partes ille formales: vt sic possunt agere in nutrimentum: cum sint formales. at ille materiales cum non sint actiue: non possunt age re in illud: t sic nō possent couertere illud. (Et sic eēt ita.) Scdo idem ostēdit t arguit sic si. auctio eēt fm partes materiales: ita q subiecta partialia auctiois essent partes materiales: tunc alteruz duozum seque retur: aut q non esset auctio ullo modo. aut si esset: es set tñ vel accumulatione: aut penetratione. quod pro bat: quia quid est quo alligatur adueniēs et: cui adue nit: vt inde maius efficiatur: oportet enim ad hoc esse determinatam qualitatem: vel igitur illa determina ta qualitas adiugens illa esset humiditas: vt putauit Alexander: aut forma partis attrahentis t puerteris attractum secūqz illud miscētis: non humiditas: qz humiditas nō est miscens vt sunt quanta tñ: nam quantus vt quantum abstrahit ab humore t omni qua litate sensibil: qz si nō abstraheret: t humiditas alligaret misceretqz quata vt quata: possunt omnia quan ta misceri mixtione augmentatiua. nō igitur humi ditas potest esse: quo nutrimentum alligetur miscer

turqz mēbro vt inde maius efficiatur. erit igitur for ma que existens in parte formali agit in nutrimentuz attractum illud disponendo: vt inde conuertatur in substantiam eius. (Quonia aut) tertio ad idēz argu it. eo modo augetur vnumquodqz: quo modo permanet. sed partes permanent vt formales. t nō vt mate riales: qz vt sic fluunt. igitur vt sic permanent. (Scdm hoc igitur) claudit intentionem Aristotelis. vbi anī m aduerte: vt dictum est. minima vt terminata nō po tentia stare sub minori materia seorsuz dicuntur par tes formales. at partes minimozuz infinitę nō poten tes per se stare dicuntur partes materiales: ille partes formales. Primo vt dictū est: qz actiue t passiuę. Se cundo vt nunc dicit: qz terminatę: nam omnis termi nus est a forma. nō potest enim minimū conseruari in minori materia propter formam: que nō potest stare per se in minori materia. hęc materiales. p̄: vt di xit: qz nō agunt nec patiuntur: sed tñ sunt id ex quo. Scdo vt nunc dicit: qz sunt diuisibiles in infinitū qd est ppter materiam: a qua est infinitudo t intermin a tio. tunc vult q Aristoteles velit nō formam augeri sine materia: nec materiā sine forma: sed subiecta par tialia auctiōis esse partes formales: vt formales t nō vt materiales. nam ille vt formales permanent t ter minatę sunt. ille vt materiales sunt in continua varia tione. hinc patet mens Aristotelis. (Et vt mibi) nūc concludit differentiam inter positionem Aristotelis: t Alexandri. vult p q multū dñant. naz Alexander vult membra augeri per auctiōem humiditatis in omni bus partibus. Aristoteles vult illa augeri per auctio nem partium formalium. Scdo differunt: qz Alexan der permutat questionē in aliam: vt quomodo augea tur magnitudo p illā humiditatē in omnibus parti bus: nam auctio videtur effici per conuersionez t ad mixtionē. modo illa nō conuertitur: nec admixta sit: sed semper in superficie membri. Tertio dura viden tur augeri a duro vt ossa t cartillagines: nō ab humo re. miscibile eniz est liquidus. Ideo adhuc restat que stio quo modo dura augeri possunt in illa t per illaz. (Qua ppter) concludit nunc positionez Aristotelis qualis sit: vt vult esse meliozes illa Alexandri: t ideo illa sufficit vel debet querere complementum illius. (Quonia videtur q augmentus) declarat nunc q vno siue admixtio nutrimenti sit necessaria: est autē hęc vno: quādo nutrimentū attrahitur in membro rum foramina: t illis foramina implentur: postea vir tute forme vniuntur cum forma membri: t redditur res vna. Oz igitur hęc siue admixtio: siue vno sit necessaria: probat: quia si nō admiscerentur partes at tractę cū attrahentibz: tūc generarent partes carnis t ossis nō vnitę: t sic p se: t ita auctio eēt vera gnatio. (Hęc igit mixtio neō) cludit nūc itentū. q. v3. il la admixtio siue vno nutrimenti cū suba mēbri est mō dicto. v3. ppter formā mēbri: que recipit in mā nutri mēti. t nō ppter ea q oēs ptes admiscerant: t inde re sultet mai: vt dixit Alexander: qd fieri pot absqz pene tratiōe: quo credebatur fieri in mixtiōe vini cū aqua. res. n. hęc eē nō pot: qz tūc sola humida pnt admisce ri. t sic mēbra dura t organica minime. nisi illud fiat virtute forme: t sic habebit intentū. Sic igit patent tria de mēte Auerrois: p̄ q terminus augmēti est for ma subalis vt quata: siue quātitas formata forma suba li. 2. p̄ subz totale auctiōis eēt totū oīal siue viuū ipm qd in termino ad quez. ppter formā maiore effici ma ius ppter minore min. 3. p̄ tale subz augeri partibz

Dubōnes.
Prima.
Scda.
Tertia.
Quarta.
Quinta.
Sexta.
Septima.
Octava.

omnibus dissimilariibus auctis: que augentur simili bus: nō qua rōne sunt ptes mālēs: sed partes forma les. t ita subta partialia auctiōis sunt ptes formales minime. (Aut dicamus) nūc quo mō fiat auctio: de clarat: t supponit in omni mēbro augendo esse cam auctiōis vt forma ipsa agens in nutrimentuz: apta se extendere per ptes attractas. quo supposito: imaginat plures nutrimenti euariatiōes p̄ est: qua: efficiē idone um vt conuertat in membruz. 2. est qua attrahitur ad mēbruz: nam mēbruz virtute caloris foraminibz paruis perforatur: vt p3 in polenta miliacea: quod fit in igne. t sic nutrimentuz illud sic attrahit a virtute animę mēbri: que vocat attractiua. vocat Auerroes nutrimentuz illud sic idoneum: humiditatez cibalem: que reuera est similis naturalī. 3. est qua humiditas illa cibalis attracta conuertit in partes carneas: aut osseas: hoc mō q in materia cibalis humiditatis in ducit forma mēbri priozū forma corrupta. 4. est ap plicatio siue mixtio siue vno: nam ad inductionē illi us forme: sequit vno: qua dicef vna caro vel vnu os cū priozibz. (Et itez) declarat nūc hoc fieri semp do nec animal viuūt: nam semp est anima t semp calor mēbra resoluens: t in illis poros t forūcula inducēs: verū nō semp erit auctio: qz nō semp fit maius restau ratū qd sit deperditū: vt dicem. (Ergo nō est augmē tati.) Ex his dat pōnem Aristotelis: q auctio fit pro pter formā mēbri hoc est animā mēbri: ipsa. n. virtute caloris: aut magis vt vtens calore: resoluūt t ipsa p ipm digerit t reducat nutrimentū ad formā humidita tis aptę puerri: ipsa etiā p virtutē attractiua attrahit. ipsa se in mā attrahit migrat: vt dicam ita. qua migra tione reddif humiditas caro vel os t cetera id gen. Ex hoc p3 q ablata hac virtute oīa hęc agente: tunc auctio nō est nisi p penetrationē: t nō p verā puerrio nez: p3. qz a nullo eēt tot motus: t ita sola penetratio vel accumulatio eēt. tūc dat differentia inter cam Ari stotelis: t illaz Alexandri: volens q hęc causa Aristote lis sit in omnibz: naz forma agit in dura t mollia con uertendo: vt dēn est. at causa Alexandri in mollibz tñ que possunt misceri vt vino t aqua: melle t aceto: t ce teris id gen. Sic igit p3 p termin: subm vniuersale t partiale. t modus auctiois: t causa auctiois. Sed in hac pōne sunt questioes. (Pr̄) vtrū forma suba lis prioz sit termin: vel que de nouo generat. si prioz igit nō erit motus ad nouū terminū. Si noua igit au ctio erit gnatio. (Scda vni) mō p se vnus termin: p se. t vel igit sola forma est termin: p se: vel dimen sio: aut aliqd aliqd: qd def: falsū est vt p3. (Tertia partes formales augent: vel seruata forma eadē nuō vel alia de nouo genita: vt prius. (Quarta minimū augef: igit qdli illi) augef. t sic ptes mālēs augebū t nō tñ formales. (Quinto dubitat recētozes t bñ. nā si auctio eēt q forma extendit i maiori mā: t quez libet ps aucti est aucta: tūc tota forma: t quez ps for mę in auctōe eēt in noua mā: t sic nō remaneret eadē ipsa nuō mā. (Sexto tūc forma subalis t accēs ali quod migraret de subto in subz. de forma p3: qz in alia mā sit: de quantitate pbat: qz illa met restat in noua mā: que p̄ fuit. (Septi) aut forma mēbri subito igre ditur mān nutrimenti: aut successiue. si subito. igitur auctio erit mot: indiuisibilis: si successiue: igit forma alimēti successiue desinit. 3. Aristotelē v̄ p̄ phicoz. d. cor ruptionē effici in nō tpe. (Octavo corruptio vni) ē generatio alterius: sed alimētuz corrumpitur: igitur aliquid generatur: t non nisi forma membri: igitur il

la forma nō p̄ fuit: sed de nouo fit. Multę alię dubita tiones dicentur in questionibus. Circa terminuz augmētationis varię sunt positio nes: quidam dicunt q terminus augmenti est forma substantialis partium formalium de nouo genita: ima ginantes vnica3 trāsmutationem esse generationem: t auctiōem: solo tamen hoc discrepare: q per gene rationem simpliciter totuz auctuz fm se t quodli sui incipit: at per auctiōez. lz forma fit alia: t totū aliud: non tamen totaliter: vnde auctum est idem totum: non tamen totum auctuz est idem: vt sophistę dicūt. (Et licz hęc positio diu sit defensata a me in adole scētia: nūc non mibi videtur. Primo. qz semp vbi qz Aristoteles auctiōez motuz appeilat ad quanti tatem: t non ad formaz. Secundo. qz si quezlibz for ma in partibus formalibus de nouo educitur de po tentia materie: t non quez p̄ fuit se extendit in materiā sibi attractaz: tunc nulla esset causa vnionis: nam il lud minimuz genituz esset ens per se existens disti nctuz numero a quolibz alio alia generatione genito. declaratur: quia non consimilitudo forme in p̄ existē te membro: qz sic caro mea t caro tua possunt eē vna: nec materie similitudo: ppter idem. Tertio qz tunc anima vegetatiua: siue sensitina in animalī: siue rōna lis in homine cōtinuo flueret t reslueret. (Aluz peritissimi viri opinantur auctiōez effici p no uam dimensionez: que de nouo aduenit prioz: ita q sicut per alterationem noua editur qualitas: ita per auctiōez noua quantitas efficiatur: q prius non erat: t in hoc differt auctio a rarefactione: nam auctio est ad quātitatem: t rarefactio ad raritatem: q est quali tas. Sed hęc positio stare nō pot: qz tunc dimensio nō esset materie cōterna: vt vult Auerroes. Scdo tūc auctio esset additio dimensionis ad dimensionē: t nō vera auctio. Tertio nō videt quo modo hęc secunda fiat vnu cū p̄ prioz. nolo tamen te latere: q tenētes hęc positionē: coguntur dicere p̄ rez totaz desinere: t fm totam generari. t sic ita cito sicut est p̄mū auctuz eē: ita est alia numero quātitas: que de nouo fit: post cor rupta. Et sicut cōtinuo auctio fit sic cōtinuo est alia: atqz alia. t sic apud hos auctio: non erit additio. Nec hęc noua cum illa facit vnuz. Sed p̄ prioz corrupta est noua dimensio. (Hęc positio lz sit vtilis: t sustenta bilis: nō est ad mentē Auerrois. nam ipse ponit quā titatem esse materie cōterna3 vnaz t eandēz nume ro: sicut t materia ipsa. (Luius positiois rōnes in li bro de substātia orbis diximus. propterea saluo me liori iudicio: t cū licentia dicendi aliter: si in questio nibus aliter occurrerit: videt mibi duo esse de ratione auctiois: vt q idē numero subiectū totum maneat: t q sit aliquis terminus nouus. (Ad saluandū pri mus op3 imaginari auctiōez fieri fm partes forma les: hoc modo: q disposita mā alimēti sufficiēter p forma mēbri: vel rei augendę: atqz in debito loco ap proximata: vt in poris. tunc forma mēbri se extendit in illa. t inde sequit vno: t augmentū: qua rōne for ma nō de nouo fit: 3 de nouo in nouā extendit siue (vt ita dicam) migrat materiā: t ita totum augef primo vt formatū aia vegetatiua: partes oēs dissimilares vt subta p̄ partialia partes similiares formales que p̄ nūc minima dicant: vt subta 2. p̄ tialia. tūc p3 q totū ma net idē nuō: qz aia vegetatiua tota quez p̄ fuit: t in toto t in mēbris: t in partibz formalibz eadē quez pri: igit totū t quez ps formalis augent: t sic fm q formalia sunt: oīa eadē manēt. hęc de p. de termino viuū est ab

De termino
Pri p̄.
Cōfutatō.
Pri rō.
Scda.
Tertia.
Scda p̄.
Cōfutatō.
Pri rō.
Scda.
Tertia.
De 5 Auer.
P̄ ppria.
De subto.
De termino
D 4

Quæro in pⁿ digressiois neq^e e^st forma tm: nec di^m sionē tm̄. sed eē dimensionē vt formatā. Ad cui⁹ eui⁹ dentia est aduertendū: q^d dimensio est: vt q̄litas. v. g^ra color: siue caliditas ipsa: nō sicut in caliditate ipsa est duo p̄siderare. caliditate ipsa singularē: & gradus quib⁹ dicit^r magis aut minus: ita aliud est dimēso vt hęc vt p̄ gradus extensionis dicit^r maior aut minor. vñ q^d in calore dicit^r intensio & remissio. in dimēso magnū & parū. vt igi^r in tota alteratiōe manet eadē caliditas: variata tm̄ p̄m magis & min⁹: & gradus intē sionis vel remissionis: sic in toto augumēto manet eadē dimēso nō variata p̄m magnū & parū: siue ex^t tensus & inextēsus. & vt in q̄litate termin⁹ alteratiōis est q̄litas sub tanto gradu: causa verbi vt octo: sic in auctione est quāritas sub tanta extēsiōe vel sub tot gradib⁹ extēsiōis. & sic intensio & remissio sub certis gradib⁹ sunt termini q̄litate: sic magnū & parū siue extēsus & p̄tractū termini dimensionis. & hinc p̄ q^d fit q̄litas terminata. & dimēso terminata: naz q̄litas terminata est q̄litas sub tanto gradu. & dimensio sub tanta magnitudine. Et qm̄ certā magnitudinē & extē sionē cōpositū ipsū sibi limitat a forma: quē est vt ra dix^r determinatiōis: ideo bñ Quæroes dixit. nō dimē sionē vt dimēso est: eē terminū: s; dimēso vt termin⁹ nata: q^d est dicere: vt certa & stabilita ab ipsa forma. termin⁹ igi^r auctōis nō est forma: nec dimēso simpl^r: s; vt terminata: veluti termin⁹ alteratiōis nō est cali ditas: s; vt octo vel sex: hoc est vt terminata. Dñc rez pauci norunt: & copiose scripsi in libro de substantia orbis. quid sit subiectum: quid ue terminus: patet. Ad rationes. ad p̄mam & secundam patet solutio per nunc dicta. Ad tertiam p̄ solutio: q^d augetur seruata p̄cise eadē forma nō: s; nō eodez mō: vel sub dimēsiōe eodez mō extēsa. Ad 4^{am} o^{dm} tam par tes māles q̄ formales augeti: s; māles augē nō rō ne qua māles: qz vt sic s̄nūt p̄tinuo. sed sub rōne qua participāt eē partū formaliū: qz vt sic h̄nt eē fixū: cū vt sic p̄cipent aia: quē est fixa. Ad 5^{am} dicit^r & be ne q^d quelz pars formē ipsū aucti noua effici^r i mā: nō tamē in noua total^r. sic q^d nihil prioris materiē re ter: imo restat aliqd eadem forma informatū. Ad sextam concederem formā p̄m quid migrare vt patet simpliciter migrare vt voluit Pythagoras. v3. q^d prio ra tota totaliter relicta: aut corrupta: aliam informat penitus diuersam ab illa. ipsa dimensio nō migrat: qz subiectum suū per se est materia: quē est vna semper. bene tamen ipsa vt terminata migrat de subiecto per accidens in subiectum per accidens non totaliter: sed p̄m quid. Ad septimum. dicit^r q^d anima membri successiue ingreditur materia; membri: nō successiōe continua: sed discontinua: nam minima naturalia ali menti successiue corūpūtur. v3. vñ post aliud: nul lum tamen illozū successiue corūpūtur: sed subito: & sic auctio est successiua: nō tamen continua. vt dicit Quæroes. viij. p̄hiscoz. cōmento. xxiij. Ad vltimū dicendum q^d corruptio vnus est generatio alterius: nam corruptio alimenti est generatio carnis: nō qui dem per forma; nouiter incipientem esse: sed nouiter incipientem informat nouam materiam. hęc p̄ nūc. Verū si aliter occurreret in quēstionib⁹ aliter dicā.

Quæret autem vtiqz quispiam: quale nā esse oportet id ipsum: quo augetur. patet iaz q^d potentia illud. veluti si caro potentia car nem actu alterum vtiqz. Corruptum vero

hoc caro fit.

Dis actis: querit de nutrimento ipso: quale naz oportet esse: vt nutriat. respondet. patet iam q^d potentia oportet esse illud quod augetur. vt si caro fit id quod augetur: oportet esse potentia carnem. & si neruus sit: oportet esse potentia neruum: & si os: potentia os. actu autem oportet esse alterum. Cuius causam forte innuit .d. corruptum enim caro fit. & in carnem vertitur. Ex istis patet nō omne corpus esse bonum alimentum animalium. vt nō lapidem: neq^e lignum: sed oportet esse tale potentia: quale auctū in actu.

Non igitur ipsum per se. esset enim iam generatio: non auctio. Sed quod augetur: est in hoc.

Quasi quandam differentiam colligit inter generationem & aucionem ex dictis: qua potest tolli dubiū. qz. in aucionem res augenda: vt pote caro: nō per se fit seorsum. Sed quod augetur: est in hoc. & sic auctio videtur ad generatio quedam: cuius causam dat. esset enim iam generatio: non auctio: vbi caro vel q^d augetur per se seorsum fieret. Sed dices. duz auget caro: fit caro vel non: si nō fit: nō augetur. si fit: vel noua: aut antiqua. dici potest q^d non fit: noua caro per se vt bene ait Aristoteles: sed fit noua per accidens: hoc modo q^d forma carnis antiqua inducitur in materia eius: quē generatio non tollit aucionis ratione: imo facit veram aucionem: cum per eiusmodi generatio nem forma aucti fiat in maiori materia. generatio vero per se tollit ratione aucionis. & ideo bene Aristoteles vocat aucionem generationem in hoc: non extra hoc per se. & fit caro non simpliciter: sed p̄m quid: pro quanto forma carnis efficitur in noua materia: in qua non p̄gerat.

Quod igitur patitur ab hoc: augetur. aut mixtum est. quemadmodum vino siquis superfundat aquā. hoc autem quod mixtum est potest: quod aqua ipsa potest agere: & vt ignis tangens vrendum. ita in hoc q^d augetur: est caro actu: quæ existēs quoddā auctiuum adueniens: potentia carnem: facit et in actu carnem.

Dactus quale alimentum sit: explicauit: nūc quid auctū explicat. Animaduerte q^d auctio est similis mixtioni: & est similis alterationi. pro quanto quidem ex aucto & nutrimento fit maius mixto per simile est: vbi totum exercet opera p̄domināis. pro quanto vero agit in nutrimentum: auctus alteranti simile est & auctio ipsi alterationi. has duas similitudines volens: inquit. Quod igitur patitur ab hoc: auget. aut mixtū est. & sic auctum est tale in potentia: quale nutrimentum actu. tunc similitudinem primam assignans inquit. quēadmodum vino siquis superfundat aquam: sic nutrimentum funditur nutrito. hoc autem quod mixtum est: potest: quod ipsa aqua potest agere. sic nutritum uersum in substantiam membri facit quod membrum. & sic auctio mixtioni videtur similis. deinde declarat p̄m similitudinem .d. & vt ignis tangens vrendum: subaudi vrit: & augetur ab illo: ita in hoc q^d augetur est caro actu: quē existēs quoddā augumētabile: adueniens potentia carnem facit in actu carnem. & sic videtur augendus simile alteranti: & auctio alterationi. & sic quid augumantabile sit: patet.

Co. cxxv.

Co. cxxiv.

Co. cxxiii.

Simul igitur existente. si enī seorsum: generatio erit. est quidem enim sic ignem agere in p̄aexistens adiungentes ligna: sed sic quidem est auctio: quando vero ipsa ligna accendit: generatio est.

Nunc concludit ex dictis modum quo fit auctio ipsa: quo patebit differentia inter generationem et aucionem: & vult q^d nisi auctum & augens sint simul & vnum: ita vt ex alimento & membro vnum fiat: non fiet auctio. vbi nanq^e alimentum ipsū seorsum in naturam verteret carnis: ita vt forma nouē carnis alia sit ab antiqua: non auctio erit: sed generatio. oportet igitur vt caro cibum ipsum in sui naturam vertat. si debet auctio esse: quod exemplo testatur: quemadmodum enim ignis dupliciter ex lignis fit. Vno quidem modo appositione lignorum ad p̄aicientem ignem. Et sic est auctio. Alio vero modo accessione lignorum seorsum: & sic est generatio: ita in nostro proposito caro dupliciter fit. Vno modo conuersione alimenti in naturam carnis p̄aistentis: quo auctio est. Alio vero conuersione in naturam separatam. Et sic est generatio. Et sic patet quo modo auctio sit: & quo differat a generatione ipsa. verba patent.

Quantus vero quod quidem vniuersale: non fit: quemadmodum neq^e animal quod non fit homo: aut aliquod singularium: sed sicut hic vniuersale: & ibi quātus. Caro igitur & os aut manus aut neruus & his similia: appositio quidem iam aliquo quanto: sed non carne quanta.

Dixit de auctio: deq^e augendo ac de modo aucti ui & augendi nunc de subiecto aucionis apponit. et vult q^d subiectum aucionis non est quantum abstractum a materia physica: nec forma ipsa: sed compositum habens formam quantam: vt caro & os & cetera id genus: quod probat sic: sicut vniuersale abstractum non generatur nec vt subiectum generationis: nec vt terminus generationis: sic nec quantum vniuersale separatam a materia physica augetur. igitur sicut vniuersale contractum generatur: sic quantum contractum ad materiam physicam augetur. Inquit quantum vero quod quidem vniuersale: non fit: quēadmodum neq^e animal fit vniuersale quod nō fit homo: aut aliquod singularium. Littera græca sic sonat: licz non sic formaliter dicat: vt patet: s; sicut hic in generatione vniuersale fit scilicet dum contrahitur: sic & ibi quantum augetur dum contrahitur ad materiam physicam. Tunc concludit verum subiectum aucionis. d. caro igitur & os: aut manus aut neruus: & his similia: quę sunt partes formales: augent veluti propria subiecta aucionis. Appositio quidē aliquo actu quanto vt cibo: sed non appositio actu carne quanta: quia cibum non est caro actu sed potentia: licz sit actu quantus. Et sic patet subiectum aucionis.

Quatenus igitur quidem potētia est vtrumq^e: vt quanta caro: ipsum quidem auget. & enim quantam oportet generari & carnem: quatenus vero caro tantū nutrit. nutrimentum. n. ipsum & augmentū rōne discrepant.

Co. cxxv.

Co. cxxvi.

Dis actis: nunc quo differunt nutrimentum & augmentum declarat. idem enim secundus subiectum est nutrimentum & augmentum: vt cibus. Ipse enim quare ratione est potentia quanta caro: est augmentum ac obiectum potentie auctiue. Quia vero est potentia caro tantus: est nutrimentum obiectumq^e potentie nutritiue. Et hoc inquit. igitur cibus qui græce trophe nuncupatus: quatenus quidem potentia est vtrumq^e: scilicet caro & quantum hoc est quatenus est potentia quanta caro: vt quanta caro: ipsum quidem auget: & græce auzesis. latine augmentum: vnde augmentum non pro aucionem: sed pro obiecto auctiue potentie sumitur: vt nutrimentum est obiectum potentie nutritiue. Reddit rationē dicens: & enī quantam oportet generari & carnem. igitur augmentum debet esse caro quanta potentia. quatenus vero cibus est potentia caro tantum: nutrit. Et sic concludit nutrimentum enim ipsum & augmentum ratione discrepant. Verbum gar græce: multotiens vim bz illatiuam: vt bic.

Idcirco enutritur quidem quousqz vtiqz permanet & diminuitur. Augetur vero semper nequaquā.

Verbum græcum duo quāqz latine sit ideo vel propterea: habet vim aliquando confirmatiui adverbij: & sic accipitur hic pro p̄terea: & tunc idem pbat Aristoteles sic: si augmentum non differt ab nutrimento: tunc q̄ durat nutrimentum: tam durat augmentum. Sed hoc est falsum: quod ostendit dicens. Nutritur quidem quousqz viuens vtiqz permanet siue crescat siue diminuatur. augetur vero semper nequaquā: sed solum vsq^e ad consistentiam. igitur nutrimentum & augmentum differunt ratione.

Igitur nutrimentū idem quidem est augmento: sed esse est aliud. naz quatenus quidem ipsum adueniens est potentia quanta caro: illud quidem erit carnis auctiui. quatenus vero potentia caro tantum: nutrimentum est.

Verbum græcum cae: licz latine sit et: vel atq^e quicq^e vim habet illatiōis: & accipitur pro igi^r: s; vt q^d Aristoteles nunc inferat differentiam dictam & repetat causam differentie: & inquit. Igitur nutrimentum: idē quidem est augmento in subiecto: sed esse siue ratione est aliud: nam quatenus quidem ipsum adueniens vt cibus: est potentia quanta caro: illud erit carnis auctiui: & dicitur augmentum. quatenus vero est potentia caro tm̄: nutrimentum est: & sic nutrimentum et augmentū subiecto idem sunt: ratione vō differūt.

Species vero ipsa sine materia est: vt immaterialis quaedā potentia: in materia est. si itaqz materia quaedā aduenierit: quæ sit potestate: immaterialis: habensqz quantum ipsū potentia imateriales eiusmodi erunt maiores. Si vero non amplius agere poterit: s; veluti aqua vino semper plus mixta: tandem aquosum agit & aquam: tunc diminutionem facit quantū: s; spēs maneat.

Dictum est q^d augendū tangens cibū sua forma cōuertit ipsū in sui spēs & patitur ab illo: ita agit & pari

Co. cxxv.

Co. cxxiv.

Co. cxxi.

Co. cxx.

Ad rones.

tur, ppter ea nunc declarat q̄lis sit illa forma: qua mē
buz cōuertit cibū in sui spēm vt soluat hoc ⁊ inquit.
spēs vero ipsa membrū: que est forma mēbz sine ma
teria est vt forma: at vt immālis q̄das ⁊ particularis
potētia: est in materia. Igit̄ forma mēbz rōne qua for
ma sine materia est: rōne qua potētia particularis est in
materia: ⁊ sic rōne qua forma agit in nutrimentū: rōne
qua in materia est: patitur ab illo: ⁊ ita non incōuenit
agere ⁊ pati: alia atq; alia ratione. Dinc concludit dif
ferentiam iter auctiōe: ⁊ diminutiōe: ⁊ inquit (Si
itaq; quod gr̄ce est de: s; sensus est itaq; si itaq; ma
teria quēdā aduenit: q̄ sit potestate illa forma ima
terialis: hoc est que sit capax illi⁹ forme: sit tñ ipsa ma
teria adueniēs hīs q̄tus i potētia vt mēbz hoc que
mā sit quāta ⁊ talis potētia: q̄le mēbz in quo est for
ma: ptes imateriales hoc est formales erunt maiores
nā forma illa informabit mām additā: ⁊ reddet totū
maius. Si vō nō amplius agere poterit restaurando
maius q̄ deperditū sit: s; sit veluti aqua vino semper
admixta: que addēdo ⁊ addendo tandē facit vinum
aquoosū: ⁊ totū aquā: si in quā ita est: tunc diminutiō
nē facit quātū: s; forma ipsa maneat vsq; ad finē vite.
¶ Animaduertēdū q̄ sicut vinū per mixtiōe aq̄
fit ipurū ⁊ minoris potētiē q̄ erat: ⁊ tandē tanta fiet
admixtiō aq̄ q̄ non potest amplius illam conuerte
re: sed fit aquosum ⁊ fit aqua: ita membra per alimē
ti admixtiōe p̄tinuā sicut minus pura ⁊ imbecillio
ra: adeo q̄ aia nō hz vim p̄uertendi: s; beat vim resol
uendi. Iude mors surgit: ppter quā acquirunt impu
ritatē mēbra: hinc in educatiōe ipa plures sunt aīc sta
tus. p̄mus est q̄ p̄t plus p̄uere: q̄ sit deperditū.
⁊ hic status ē auctiōis ipaq; ab aia ob mēbroz robur
z⁹ est quo tantū p̄cise restaurat: q̄tum sicut resolutus:
qui cōsistentē est. 3⁹ est quo p̄ mēbroz impuritatē
plus resolut: q̄ possit restaurare: ⁊ hic est vltimus.
¶ Ex hoc cōstat idem realr eē nutrimentū augmentū ⁊
minuimentū. vt cibis ea rōne q̄ potētia caro vel mē
bz: est nutrimentū. ea rōne qua potētia caro quāta: est
duplr vel quāta min⁹: ⁊ sic est minuimentū. Qua vō ra
tiōe est potētia quāta caro magis: est augmentū. Vtrū
vō auctiua ⁊ diminutiua potētia ⁊ nutritiua differūt
re a rōne ⁊ inter se ⁊ ab aia. in libro de aia perquirat.
Sunt qui formā aiunt aliā esse potētia mālem vt est
illa lapidis ⁊ ignis: ⁊ hęc q̄ nimis māc imersa nō p̄t
de materia in māz migrare. Est ⁊ alia: que est potētia
immālis vt aia ipa: que ppter eius immālitatem p̄t
migrare de mā in māz: hęc facit auctiōe. que res bo
na est: sed nihil ad Aristō. cuz eoz textus falsus sit: vt
patet in nostra translatione. ¶ Circa hęc querūt p̄
mo vtrū auctiō sic gnātiō: ⁊ q̄ sic arguit: p̄ q̄ auctiō
est alicuius corruptiō. igit̄ alicui⁹ gnātiō: q̄ corruptiō
vni⁹ est gnātiō alteri⁹. aīc p̄. q̄ auctiō est corruptiō
alimēti. ¶ Scđo diminiutiō est corruptiō. igit̄ auctiō
est gnātiō. nūtia t̄z: q̄ sicut oppositū in opposito: ita p
positū in p̄posito. aīc declarat: q̄ diminiutiō fit aliq̄
recedente. ¶ Tertio auctiō est motus ad subam. naz
per auctiōe aliq̄ pars sube acquirī. Sed omnis mo
tus ad subam est gnātiō. igit̄ auctiō est gnātiō. ¶ In
cōtrariū est Aristō. naz substātia non est dimēso. igit̄
gnātiō nō est auctiō: nec ecōtra. ¶ In hoc quēsto re
centiores tenēt q̄ auctiō est realis gnātiō p̄tis maio
ris substātiē q̄ est deperditā: dū tñ ipsa sic fiat q̄ pars q̄
gnātur p̄tibz que p̄terierūt p̄tinue. hinc magis ad
generatiōe dicit: siue generatiōe in hoc vt dicebat

25. p̄.
In auctiōe

Aristo. q̄ gnātiōe. ¶ Hęc pōnem probant. p̄mo. oīs
cōuersio nutrimentū in maiores ptes corporis aiat: q̄
sunt deperditē est gnātiō. Oīs p̄uersio nutrimenti in
maiores ptes corporis aiat: q̄ sunt deperditē est au
ctiō. igit̄ auctiō est gnātiō. in tertia figura. maior p̄z: q̄
illa p̄uersio est corruptiō nutrimentū ⁊ gnātiō partiu.
minor est definitiō auctiōis. ¶ Scđo illud quo exi
stēte est auctiō ⁊ quo nō exite nō est auctiō: oib⁹ alyz
seclusis est vera auctiō. Sed gnātiō maioris p̄tis aia
ti q̄ sit deperditā est eiusmodi: vt p̄z. igit̄ auctiō est ge
neratiō. Sic igit̄ p̄cludunt q̄ vna met gnātiō partiū
lis sit ad substātiāz respectu sube que per eam incipit
esse. Et sic ad q̄titatē in ordine ad totū p̄positū quod
per eā sit maius. ¶ Sed hęc p̄positiō apud me est mā
ca: ac diminiuta ⁊ falsa. Manca q̄dem: q̄ per hęc non
apparet vtrū pars carnis maior: que incipit esse per au
ctiōe: incipiat esse per hoc q̄ ei⁹ forma incipit eē aut
q̄ forma antiqua incipiat esse in mā noua eius. Falsa
vō q̄ apud Auerroem motus ⁊ terminus motus non
differūt nec numero: nec spē: imo sunt idē realr. s; p̄hy
sicoz. omē. ix. tūc arguo. vel acq̄sitiō q̄titatis est acq̄
sitiō sube vel alia. si eadē: igit̄ substātia erit q̄titas. nā
acq̄sitiō rei est ipsa res vt dixi. Si alia: s; acq̄sitiō
sube est gnātiō ⁊ acq̄sitiō q̄titatis est auctiō. igit̄ au
ctiō nō est gnātiō. ¶ Scđo. quecūq; spē differūt ⁊ ge
nere cōueniunt p̄mo nihil vnus est aliq̄d alterius:
s; gnātiō ⁊ auctiō sunt motus spē diuersi genere p̄ue
niētes. igit̄ nulla gnātiō est auctiō: nec ecōtra. ¶ U
idef igit̄ mibi esse vōm quēadmodū de rarefactione:
vt enī rarefactio nō est vnus motus: s; duo: vt pote al
teratio ⁊ motus localis: vt enī ad raritatē est: altera
tio erit. vt vō ad vbi: motus localis. Sic in auctiōe
sunt duę mutatiōes: vna est gnātiō p̄tis. Alia est acq̄
sitiō q̄titatis sub nouo termino. gnātiō p̄tis natura p̄e
dit q̄titatis acq̄sitiōe: non aut tempore: sed sunt si
mul tempore. Vteruz duę sunt mutatiōes. altera ac
q̄sitiua substātiē que gnātiō dicit: altera acq̄siti
ua quātitatis que auctiō appellat. p̄cedit aut gene
ratiō p̄tis ipsa q̄titatis acq̄sitiōe: q̄ substātia p̄e
dit accis origine ⁊ tanq̄ subm. ¶ Sed mor dubita
bis. p̄mo q̄lis sit illa gnātiō. vtruz. v̄z. nouę forme vel
eiusdē in noua materia. ¶ Scđo vtruz successiua an
momentanea. videf enī successiua: q̄ q̄titas successi
ue acquirī. igit̄ gnātiō p̄tis erit successiua. ¶ Ad bas
dici p̄t vt in lra dixit Arist. q̄ hęc gnātiō partis: que
natura p̄cedit auctiōem est transmutatiō qua for
ma membrū nō fit de nouo. Sed qua antiqua induci
tur in noua materia. Et sic est generatiō in hoc: vt di
xit Aristoteles. non generatiō simpliciter. ¶ Ad scđz
dici potest q̄ forma membrū successiue igreditur ma
teriam augmenti. non q̄dem successiōe. v̄z. continua:
s; discōtinua. quoniā minima naturalia augmenti suc
cessiue corrupunt. v̄z. vnum post aliud. nullum ta
men illoz successiue corrupitur s; subito: ⁊ fm hoc
subito igreditur materiā augmenti forma membrū:
ita non segtur q̄ auctiō fiat subito. naz auctiō fit post
generatiōe partis membrū ex augmento extenden
do tam partem nouam q̄ antiquam: vt dicit Auerro
es. Et sic patet q̄ auctiō illa que cōsequitur cōuersiō
nē alimēti momentaneam: subito fit: vt illa cōuersiō.
que vero cōsequitur cōuersiōe alimēti factā plurib⁹
momentis: est auctiō successiua quidē: sed discōnti
nua: ⁊ hęc est sententia Auerrois octauo p̄hyficoz.
cōmēto vigesimotertio. vbi vult q̄ solus mot⁹ localis

fit vnus ⁊ successiuis ac continuus. ¶ Ad rōnes. Ad
primam maiorem concederem: sed negarem minozē
nō enim auctiō est illa cōuersiō nutrimenti: sed cōse
quens ad conuersiōem: nisi quis abutatur auctiōe
pro toto aggregato. ¶ Ad scđm maioz falsa est apud
aliquos existente homine est risibile: ⁊ isto corrupto
corrupitur ⁊ econtra: ⁊ tamen hęc non sunt idem
realiter. ⁊ sic maior falsa est. ¶ Rōnes p̄ncipales in
p̄ncipio q̄onis factę solutę sunt simlir. Ad p̄mam p̄z
falsum eē antecedes. non enī auctiō est alicuius cor
ruptiō: s; ad alicui⁹ corruptiōe sequēs. ¶ Ad scđam
simlir diminiutiō nō est alicuius corruptiō: sed ad ali
cuius corruptiōe sequens. ¶ Ad 3⁹ p̄z auctiōe nō
esse motum ad substātiā p̄mo: sed ad q̄titatem con
sequenter substantiam. Hęc de questione.
¶ Consequenter querunt vtrum cuiuslibz quod augef
quecūq; pars aucti est aucta. ⁊ arguo q̄ non: quia vel
equaliter omnes partes augetur vel inēqualiter.
Si equaliter. igit̄ partes nutrimentū equaliter inci
perūt motus ad ptes: q̄ p̄z esse falsum. Si inēquali
ter: cū non magis vna q̄ altera erit nulla aucta. Lēte
ra argumenta omitto: q̄ cōiter scribunt. ¶ In hoc
quēsto quidā p̄stantes opinati sunt oēs ptes aucti
augeri remotis impedimētis: sed nō eodez mō. nā ptes
porozē augent per intus suscepiōe: nam nutrimentū
vt q̄tum ingrediū porum qui cedit sibi: ⁊ nō fit pene
tratiō. at partes solidę augent per penetratiōe. nam
nutrimentū vt substātia penetrat illas q̄titate illaz
corrupta. Fundant autē in vbo Auerrois: qui ponit
vbiq; formas elemētarias eē in quolibz puncto mix
to: quod esse nō possit: nisi se penetrarent: ⁊ sic pene
tratiō substātiarū nō est impossibilis: sed bene pene
tratiō q̄titatiua. Danc pōnem persuadent: quia non
p̄t verificari verbū Aristotelis aliter: dicit enī. que
libz pars aucti est aucta: ⁊ hoc de porozis pateat de
solidis nō p̄t verificari nisi per penetratiōem.
¶ Sed hęc p̄positiō stare nō potest: q̄ dum forma nu
trimenti penetrat in nutrimum vel simul cum sua ma
teria penetrabit vel solum forma penetrabit relicta
materia ⁊ q̄titate: non p̄t dici q̄ sola forma relicta
materia ⁊ dimēsiōe: q̄ tunc materia staret sine for
ma: nec dici p̄t q̄ materia penetrat: q̄ tūc dimēsiō
nō esset cōcterna materię q̄ corrupta dimēsiōe pe
netraret. ⁊ sic materia aliquādo expoliaret a dimē
siōe. ¶ Scđo si materia penetrat: tūc duę materię
essent in eodē puncto membrū: ac duę forme: ⁊ sic mē
bz esset in duabz spēbus. ¶ Recentiores fere oēs
voluere quālibz aucti partē augeri remotis impedi
mentis: sed nō vno modo auctiōis: naz partes porozē
augent per intus suscepiōe: sed solidę augentur
per iuxtapōnē. Ubi aiaduerte q̄ iuxtapōsiō quēdā
est q̄titatiua: quēdā alteratiua: quēdā generatiua. au
getur gdes archa per iuxtapōnem lignoz q̄titatiua
tñ. augetur calor per iuxtapōnez calidi corporis ad
hoc materiā alterantis illius subiecti. generatiua ve
ro iuxtapōne augetur pars solida. Nam postq̄ illud
nutrimentū in poro est sic receptū alteratā q̄litatibus
partis solidę circūstantis: qua forma nutrimentū cor
rumpitur. ⁊ de materia eius remanēte forma substā
tialis educitur: que est simlilis forme substāiali p̄e
existenti: ⁊ rōne talis similitudinis in spē illaz forma
rum: materia que fuit nutrimentū continuat materię
forme p̄existenti: ⁊ forma forme: ⁊ inde fit vni⁹ mai⁹:
quod iterū per actiōe calozis rarefit ⁊ porificatur ⁊
iterū vt prius erit: ⁊ quā diu hęc extendi possunt (sic

q̄ non impediāt nimia duricies: ppter terrestreitātē
⁊ resolutiōe molliū) tam diu fit auctiō. Sic igit̄ vo
lunt quālibz aucti partē augeri: porozam quidē per in
tus suscepiōe. solidam vō per iuxtapōnem alterati
uam ⁊ generatiua. ¶ Hęc p̄positiō quātū ad vnuz sta
re nō p̄t. ait enim iuxtapōnem illā esse generatiuam
q̄ p̄ma forma alimēti definit ⁊ noua educit de poten
tia materię. hoc enim stare nō p̄t. p̄mo q̄ Auerroes
cōmē. xxxvii. voluit auctiōez fieri per generatiōez
nō forme simpliciter: sed pro quāto transit ad nouaz
materiā: ⁊ sic voluit eē generatiōe per hoc q̄ forma
incipit. ⁊ in noua materia: nō per hoc q̄ forma incipit
esse. ¶ Scđo forma educta ⁊ materia illi⁹ p̄tinuant
vel ppter cōsimilitudinē spē: ⁊ sic oēs boies possunt
esse vnus hō cōtinuus. vel ppter vnitatē forme: que
p̄gerat: ⁊ sic nō de nouo incipit eē: s; de nouo incipiat
nouā materiā informare. ¶ Tertio ania vegetatiua
manet eadē numero: ⁊ nunq̄ s; aliquid sui generat:
s; ipsa est materię coqua fm se ⁊ quodlibz sui: s; nouā
mām p̄tinuo informet in auctiōe ipsa. igit̄ forma nō
de nouo incipit esse. Propterea videf esse dicēdū cuz
Auerroes. cōmēto. xxxvii. vbi vult aliquas ptes auge
geri per itus suscepiōe vt poroz: alię solidę per iuxta
positiōe alteratiua ⁊ generatiua: nō q̄dem nouę for
mę s; antiq̄e in noua mā. Cū enī nutrimentū in poro
atrabif a p̄tibz circūstantibus alterat alteratiōe
corruptiua ad quā segtur forme eius corruptiō ⁊ an
tiq̄e in illius mām inductiō: ⁊ sic gnātiō est non per
hoc q̄ noua forma incipit: sed q̄ antiqua nouo ma
teriā nouā incipit informare. ¶ Tunc ad rōnē p̄mę
positiōis p̄z solo. v̄z. q̄ oēs ptes augent: ⁊ nō per pe
netratiōe: sed porozē per intus suscepiōe: ⁊ solidę
per iuxtapōnez alteratiua ⁊ corruptiua. Ad illud de
mixtiōe dicemus: attamē dicimus: q̄ elemēta cor
poroz nec se penetrant in mixto vt corpora de p̄dica
mēto substātiē: nec vt corpora quanta: q̄ vt diximus
vna est materia omniū formaz. elemētariaz q̄de vt
dispositiōnū. mixti vō v̄tlic ⁊ specificę. ¶ Sed dices
faltē erunt quatuor forme substātales in eodē pun
cto māc. igit̄ se penetrabūt vt forme: s; nō vt corpora.
Dico q̄ sunt in eodē puncto: nō q̄dem in formatiue: ⁊
specificatiue: q̄ nō informāt mām: nec reponunt illā
in spē. sed dispositiue: veluti in vno puncto māc sunt
caloz frigus ⁊ ceterę: ⁊ tamē nō se penetrant: q̄ dispo
sunt tñ ⁊ nō informāt. ¶ Ad rōnem in p̄ncipio dicē
dum q̄ ceteris partib⁹ ⁊ ablatiō oibus impedimētis
oia membra equaliter p̄portionaliter augent. Abso
lute tamen vnuz maius altero. Vtrū ppter tres cau
sas p̄t nō eqli p̄portioe augeri vel nutriri. p̄ p̄p̄
firmitatē: vt si poroz eēt opilati: vt p̄z in tractiōe mē
bri ⁊ linieticis. 2⁹ p̄ finē. nā vbi quis multū coiret
multū de nutrimento iret ad vasa seminaria: ⁊ virga
magis icresceret q̄ cetera mēbra. 3⁹ p̄ inēqualitatē
calozis. nā vbi plus calozis est: ibi maior fit attractiō
q̄ ibi maior resolutiō. Et sic patet ad rationem.
¶ Cōsequēt 3⁹ querūt. Vtrū in actione maneat idēz
totū ante ⁊ post. Et videf q̄ nō: q̄ cōtinuo ptes resol
uunt. ¶ Respōdent q̄ā recentiores q̄ in plantis ⁊
bzutis: manet idem numero nō simplr: s; per equiuā
lentiā vti fluiuis ⁊ aer. At in bofe solo manet idē nu
mero ante ⁊ post: nō simplr fm se ⁊ quodlibz sui: s; s; p̄
p̄ncipalē partē. ¶ Sed 3⁹ arguit p̄z: q̄ tūc nō eēt d̄ria
inter auctiōe aiatōz ⁊ inaiatōz: ⁊ sic vinū augetē
vera auctiōe i cōuersiōe aq̄: ⁊ ignis in p̄uersiōe
lignoz. cōtra Aristotelē bic. ¶ Scđo tunc solus bo

25. ii.

mo augetur vera auctio: quia solus ipse manet secundum principalem partem: hoc autem est contra eos dicentes auctioem hominis esse miraculosam. Tertio tunc forma membri non extenderet se in nouam materiam: sed noua educeretur: et sic auctio non differt a generatione vera. Contra Aristotelem in littera. Quarto hoc est contra Averroem commentum xxxvii. ubi vult auctioem effici per formam antiquam extensionem. Alii iuniores volunt quod planta et brutus manent ita bene eadem per totum tempus vite sicut homo: quoniam forma substantialis manent eadem absque acquisitione et deperditione alicuius partis. Non tamen manet eadem materia numero: nisi per equivalenciam: nam partes materiae continuo fluunt et refluunt. non autem partes formae: sic in auctioe idem manet forma: quia eadem anima vegetatiua: non tamen forma materiae: quia materia continuo fluit. Et ita manet idem forma formae. hoc est quia principalior eius pars manet: non tamen idem numero simpliciter forma et quodlibet sui. Sed contra arguitur. primo partes materiae continuo corrumpuntur. igitur partes formae: nam vt tota corrumpitur ad totius materiae corruptionem ita pars formae ad corruptionem partis materiae: quia tota est in toto: et pars in parte: et ita sicut tota definitur in toto materia: ita pars formae definitur in parte. definitur formae pars. igitur in auctioe eadem restaurabitur: aliter in auctioe deperditum non restaurabitur. Secundo potest forma continuari formae. igitur potest generari et effici vna cum forma totius. antecedeat partes. Inseratur pirus in piro: facta insertione: pirus est maior: et per formam aliam a tota quae perierat. igitur auctio potest effici per formam nouam generationem. Tertio in diminutione continuo corrumpitur forma plantae. igitur in auctioe continuo generatur: tenet consequentiam: quia diminutio et auctio circa idem sunt. antecedeat partes: quia diminutio est resolutio materiae. igitur resolutio formae: quae illi coextenditur. Alii dixerunt quod forma est triplex: quaedam informans: indiuisibilis: et independens: vt rationalis anima: quae informat materiam: et est tota in toto: et tota in qualibet parte: et non dependet a corpore. Quaedam informans indiuisibilis: sed dependens: vt anima bruti perfecti: vt bouis aut equi. Haec enim informat et est tota in toto: et tota in qualibet parte. sed deperdit: ideo corrumpitur ad corruptionem compositi. Tertio est informans dependens et diuisa per totum: sic quod est tota in toto: et pars in parte: et ita definitur partes definitibus partibus materiae. Secundo dicunt quod in plantis manet idem forma equivalencia. vt fluuius et aer. et per hanc distinctionem volunt partes esse concordas. Sed haec positio stare non potest per rationes factas contra primam: ideo pro nunc cum prelatione dicendi aliter teneo quod tam in plantis quam in brutis anima est extensa apud Averroem: quia omnis forma materialis est extensa. Secundo quia recipiuntur mediante diuisiionibus interminatis. igitur extensa. vt in libro de substantia orbis. et sic sola anima rationalis est in toto indiuisibiliter forma veritatem. Ad rationes. ad primam dicere partem materiae continuo corrumpi: et non partes formae. nam deficiente materia: forma manet in reliqua materiae. vel si corrumpitur etiam partes formae non propterea generantur nouae: sed priores extenduntur: et fiunt in pluri materia: quam praerant. Ad secundam dicerem

illam partem nunc effici vere continuam: sed contiguam et propterea sumit ab illa nutrimentum: vt planta facit ex terra. Ad tertiam respondetur quod in auctioe continuo generantur: non tamen per hoc quod partes formae incipiunt: sed bene incipiunt nouam informare materiam. aliter non est similitudo. Ad arguendum in primo: primo solo. Consequenter quod. Utrum auctio fiat forma partes formales tamen: videtur quod non: primo quia forma viuui in auctioe redditur maior. igitur eius materia: et sic ita forma materiae fiet auctio: sicut forma formae. Secundo partes quae adueniunt vino: adueniunt cum materia vel sine materia. si cum materia. igitur sicut forma augetur per aduentum formae: ita materia augetur per aduentum materiae. Tertio non solum forma augetur: sed totum compositum. igitur augetur materia et forma: cum compositum non sit aliud quam suae partes simul iunctae. Ad oppositum est Aristoteles. Alexander et Averroes et omnes. In isto questione grauissimo sunt multae et inumerae positiones. Ego vero recitabo famosiores. Alexander quae Albertus pluribus secta in locis: voluit in vino ipso partes esse in duplici distantia. Quaedam. vt quae sunt humidum naturale: siue radicale siue seminarium. hoc est quaedam sunt: quae sunt humidum ipsum coagulatum ad modum prius. aliae quae habent humidum cibale: hoc est: quae sunt partes coagulatae ex humido nutrimentali. Primum formales dicuntur: quia anima ipsa principaliter veluti in subiecto praesent est in illis: ideo illis corruptis corrumpitur et anima. Quae semper manent vsque ad finem vite: sed non remaneant quae humide huiusmodi naturali: vt praerant. ceterae partes quae coagulatae sunt humore cibalis males dicuntur: quia in eis forma vitalis non per se existit: sed per accidens: pro quibus sunt continuatae partibus radicalibus. Tunc volunt auctioem effici forma partes formales modo dicto: non autem forma partes secundo modo acceptas. Sed contra haec instant primo: quod non quilibet pars aucta esset aucta: quia cum partes illic humide humore naturali remaneant eadem semper: ipsae non augetur nec diminuentur: cum nihil illarum corrumpatur: quod durat vsque ad finem vite. Secundo videtur quod haec non remaneant eadem: nam continuo calor agit in illas resoluendo. igitur semper earum aliquid deperdit. Tertio tunc duo corpora se penetrabunt. nam partes humidum nouae penetrabunt partes radicales antiquas. Quarto tunc multae partes essent in animali non aiat: vt partes humidum nouae. Haec sunt fortissima argumenta contra Alexandrum. Quaedam defendunt haec. et ad primam respondetur quod arguendum concludit verum. non enim illic partes eadem auctae per intus susceptionem oes tamen sunt auctae per iuxta positionem qua facta totum maior redditur. Ad secundam volunt humidum radicale nunquam compositum esse effici continuo impurius et inproportionatum: et sicut forma centia perdurat durate vita: non autem forma puritate quam primo accepit. Ad tertiam videtur quod non sit auctio per penetrationem: vel intus susceptionem sed per iuxta positionem. Ad quartam dicitur duntaxat multas esse partes in animali non aiatas nec viuas quod non dicuntur partes propriae. Sed pace istorum dixerim: haec positio possit defendi ab eorum canillis: non a rationibus Averrois. ex commento. n. colligunt tres rationes fortissimae. Prima. data positione Alexandri: tunc auctio esse quantitativa et non formalis. Consequentiam deduxi: quia crit pro quanto partes adduntur partibus: et non per hoc quod partes agunt in partes et recipiunt a partibus. hoc incognoscit reliquit ex textu: ubi dixit auctioem non fieri per quantitativas partes quia tunc auctio esset vt permixtio vini cum aqua: ubi vinum redditur impurius. colligitur haec ratio in textu commenti. xxxix. Secunda ratio est: quia tunc auctio esset absque actione et passione: et sic nunquam nutrimentum fiet simile omnino ipsi aucto: quia semper partes humidum nouae restaret aliae a partibus radicalibus: sicut partes aquae in mixtura cum vino. Colligitur haec ratio textu commenti. xxxvii. Tertio non omnia membra sunt mollia vt ossa et cartillagines. igitur non possunt augeri per accumulationem ipsorum. vel admixtionem: nisi per conuersionem. Ad haec nemo potest soluere nisi neget Aristotelem: et sic non esset exponere Aristotelem sed euertere.

Ad. iij.

De alex. dri.

Ar. 2. alex. xandri.

Defensio.

va alex. ipugnatio.

nono: et sic nunquam nutrimentum fiet simile omnino ipsi aucto: quia semper partes humidum nouae restaret aliae a partibus radicalibus: sicut partes aquae in mixtura cum vino. Colligitur haec ratio textu commenti. xxxvii. Tertio non omnia membra sunt mollia vt ossa et cartillagines. igitur non possunt augeri per accumulationem ipsorum. vel admixtionem: nisi per conuersionem. Ad haec nemo potest soluere nisi neget Aristotelem: et sic non esset exponere Aristotelem sed euertere. Recentiores differunt per partes formales Aristoteles intellexisse partes porosas. per materiales vero partes solidas. Illi formales dicuntur: quia sensibiles. haec materiales quia insensibiles: quando quidem sunt diuisibiles in infinitum: vel infinite modice. Sed contra obuiant primo: quia potius partes solidae videntur formales: quia perfectiores: nam porosae sunt diminutae expectantes per se nutrimentum: solidae sunt plenae: sed omne perfectius est forma imperfectioris. tertio de anima. commento. xxxvi. Secundo partes solidae habent ita bene formam vel forte melius quam porosae. igitur quae bene formales erunt sicut porosae. Tertio vel pars porosa dicitur sensibilis et illa insensibilis: quia porosam habet animam: non porosam non habet: vel quia est maior. primum non potest dici: quoniam anima est insensibilis. igitur nulli est causa sensibilitatis. nec secundum dici potest: quia aliqua solida est maior porosae. igitur illa erit forma: quia est sensibilior. Quarto tunc nihil augetur: quia non pars porosae: cum illa tamen recipiat quantum est nec non porosae: quia illa nihil suscipit. Quinto tunc auctio non esset motus ad quietatem sed ad formam genitam in poro. Defensio. Sed licet positio haec sit falsa: argumenta haec non valent. Ad primum dicerent quod ideo pars porosa est formalis: quia sensibilior: potest tamen dici materialis alia ratione: sed Aristoteles eam vocat formalem ad illud sensum. Ad secundum dicerent quod quantum est de ratione formae totius forte partes solidae essent formales. Sed Aristoteles vocat illas formales hoc est sensibiliores. Ad tertium dicendum quod pars porosa dicitur sensibilis: quia non potest esse minor minimo: et sic quilibet sensibilis est. partes solidae dicuntur insensibiles: quia non omnes aptae sunt sentiri: quia infinite modice possunt esse. Et sic illic dicuntur insensibiles: quod vt sic non omnes aptae sunt sentiri. haec porosae sunt sensibiles: quod omnes vt sic aptae sentiri: cum vt sic non possint esse minores minimo. Ad quartum patet solutio. porosae enim augetur per intus susceptionem: aliae per iuxta positionem alteratiua et generatiua: ad quod sequitur totum esse maius quam erat. Ad quintum patuit solutio. forma enim istos auctio est motus ad formam maiorem quam fuerit deperdita: apud me est motus geminus. vni generatiuus alter auctiuus. Et haec argumenta non concludant: tamen haec positio est contra Aristotelem. primo quia partes formales ideo augeri dicuntur: quia remanent. vt textu commenti. xxxvi. Sed huiusmodi potest non remanent sed fluunt et refluunt. Secundo quod agit in augmentum sibi illud assimilando: vt dicitur textu commenti. xxxvii. sed potest non agunt cum sint vacui forma. Tertio auctum est actu illud quod nutrimentum est potentia. Porus nihil est actu: cum sit priuatus forma et vacuus. maior est dicta textu commenti. xxxix. Quarto caro et os et id genus augentur. textu commenti. xl. sed porus non est caro: sed carnis vacuitas: nec os sed ossis priuatio. igitur non augetur. Propter haec mihi videtur esse dicendum

Re: recen: tioz.

Obones.

Defensio.

Constatio pōnis.

De Aver.

contra Averroem. commento. xxxvii. ubi debes scire quod aliquid dicitur augeri tanquam subiectum subsistens ipsius auctio: quia ratione totum animal augetur et pars animala vt composita augetur. aliud augetur tanquam subiectum existens: et hoc modo forma ipsa vegetatiua in plantis augetur: et sensitiua in animali. nam proprie forma recipit extensionem: et per hoc quod fit in pluri materia: quam erat prius. Secundo animaduerte quod forma ipsa vt anima est subiectum auctiois: terminus auctiois: et agens auctioem. subiectum quidem: quia ipsa est quae extenditur: et qua totum compositum dicitur auctum. terminus vero: quia tanta aggeneratur extensio in membro: quantum sibi limitat forma illa de nouo inducta in pluri materia. Agens vero quia in materia proxima attractam in porum per qualitates sensibiles agit tam diu: quam diu forma nutrimenti et ipsa in illius materia inducitur: nec haec vni competere est impossibile: quia est haec diuersas rationes. Uterius animaduerte quod apud Averroem omnis anima materialis extensa est per totum: quia ipsa est tota in toto: et etiam pars in parte: quod etiam credit de anima hominis: quae dicitur cogitatiua: graece dianoetica: quicquid velit de anima intellectiua siue noetica. Tunc sequitur quod Aristoteles per formales partes carnis intelligit partes aiae quae sunt in partibus. per materiales vero intelligit partes materiae: quae sunt sub partibus formae. Unde imaginandum est forma partes formales effici auctioem pro quanto alimentum receptum in poris a partibus anime circumstantibus alteratur: et inde forma alimenti successiue diffunditur continue corrumpitur: et inde anima illa successiue efficitur in pluri materia: et vt successiue fit in pluri materia: sic successiue illa pars porosa extenditur: et sic fit totum maius. Sed contra hanc positionem arguunt. primo quia Aristoteles loquitur de augeri: et vult partes formales augeri: et sic vult pati auctioem: sed forma agit auctioem. igitur nec forma nec pars formae potest augeri. Secundo accipiat aliqua pars materiae quae per resolutionem viuui resoluatur et vocetur materia. materia parte aliqua formae fuit informata: et illa iam non est informata: vt patet. igitur vel illa pars formae remansit in alia materia: et sic migrat de subiecto in subiectum: vel non transit sed corrumpitur simul cum parte materiae: et sic non permanet: vel manet in nulla materia: et sic forma sine materia erit. Tertio tunc anima vegetatiua tota migraret de subiecto in subiectum vt fuit deductum in expositione commenti. xxxvii. Quarto hac positione data materia adueniens in qua extenditur forma penetraret materiam vel dimensio corrumpere. Quinto dispositio qualitativa quae potest corrumpere formam nutrimenti attracti potest educere nouam formam de potentia ad actum. igitur corruptis omnibus dispositionibus facientibus pro forma nutrimenti: educatur noua forma in illius materia: quae erunt duae formae in materia: vt pote forma deducta et forma inducta. vt per vegetatiua. Sexto tunc ignis posset vera auctio augeri: quia sibi addito combustibili potest per qualitates suas actiuas formam combustibilis corrumpere et tunc eius forma posset effici in pluri materia vt in materia ubi corrupta est forma substitutibilis. vt si non deest causa quae non. Septimo rationalis anima forma veritatem est indiuisibilis. igitur non extenditur in pluri materia: et sic auctio non est forma potest extendi in pluri materia. Octavo si sic. tunc pars aucta non esset maior in fine auctiois: quam antea. probatur. nam in tanta materia se facit pars formae quam

tam capit potus: sed potus non est maior post q̄ ante igitur nec forma erit maior.
¶ Hec sunt meliora argumēta que fieri solent contra Averroē. Multa alia fieri solēt: que p̄pterea q̄ communiter scribunt: sumq̄ in alijs occupatis: nunc ad p̄mū responsum est: q̄ videlz forma agit auctorem: et patit̄ auctorem. ut enī forma quibusdam qualitatibus affecta agit. ut vō apta effici in pluri materia: recipit extēsiōē. ut diximus. **¶** Ad 2^m vōm q̄ p̄ forma que erat coextēsa parti materię resolutę: definit esse pars: nō tamē definit esse. cum enim forma et pars forme non sit partita ac diuisa: nisi quia recipit̄ in materia mediantibus dimensionibus. igit̄ cessante materia: cessat partitio: nō tamen cessat ipsa: quia nō cessat maior pars materię. **¶** Ad 3^m iam diximus nō eē in conueniētiā animā vegetatiuā totaz migrare de subiecto in subiecto non totaliter. nā ante augmentū erat in subiecto alio f̄m quid a subiecto in quo erit in fine augmenti: nō tamen est aliud simplr sed f̄m quid: idē tamē f̄m maiorē partē. ut diximus in alia quēstione. **¶** Ad 4^m vōm q̄ nō dat vltimū instans corruptiois materię nutrimenti. Sed bene p̄mū non esse formę nutrimenti: quod est p̄mū esse formę inductę. In quo primo mā p̄terita incipit vna sub termino nouę forme: et sic non corrumpit mā nec dimēsiō: quoniam mā est vna omnīū et dimensio similiter: sed definit eē sub vna forma: vnoq̄ termino dimensionis: et incipit esse sub alia forma: et sub nouo dimensionuz termino. materia. nutrimenti ut prima: nō differt a mā nutrimenti. sed ut secunda: vbi igit̄ definit esse mā formę nutrimenti. definit esse sub termino dimensionum illius: et sic incipiet esse sub noua forma et sub nouo termino: que forma: quia est vna. ideo materia erit vna: et quia plures f̄m partes: ideo et plures partes materię: non ut p̄ma: sed ut secūda. Et hęc nō potuerūt intelligere recentiores. vñ nesciētes soluere hoc argumētū: concesso penetratiōē: alij mā corrūpi: alij dimēsiōnes elūdi a mā: et multos errores p̄fessi sunt. **¶** Ad 5^m animaduerte q̄ quāto forma est spiritalior: tāto potest eē in pluri mā: loquendo de mā large. vñ q̄ deus est forma summe abstracta. ideo est vbiq̄. Forma vō penitus mālis: quia est penitus determinata ad vñū: nō potest migrare nec effici in pluri mā. Videm⁹ enī q̄ intentio coloris: que est a lumine facta spiritalis: migrat de subiecto in subiectū. non autem color ipse: causa autē est: q̄ spirituale ut spūale eleuat a mā. et nō ita dependet a mā: sed potius ab agente: et cum possit eleuari a materia. potest effici in pluri materia. P̄mum gradum spiritalitatis videt̄ habere vegetatiua forma: in fra quaz nulla spiritalitate participat: a qua p̄cedūt anī f̄m latitudinē difformē vsq̄ ad summu spiritalitē: quod est deus. Et sic p̄ vegetatiua potest effici in pluri materia: quia aliqua spiritalitate participat: et sensitiua magis: et ratiōalis magis: elementarię formę cum sint in fra graduz formarum spiritalium: nō possunt effici in pluri materia: et sic non nisi in materia in qua sunt. **¶** Tunc ad argumentuz dicendum q̄ qualitatiua dispositio animę potest corrumpere formam nutrimenti. igitur aliqua inductet: q̄ generatio est eductio formę de materia in qua corrupta est forma. Quidaz cōcedunt q̄ corrupta forma nutrimenti educitur forma carnis in illius materia: mediante qua anima vegetatiua efficit in pluri materia. Sed quia non euacuat: dicendū q̄ nō oportet ut educat formam illa corrupta: sed illud esset: quando

ipsa non posset effici in illa: et illam informare: modo quia est forma spiritalis. ideo potest informare materiam illius. qualitatiua igitur dispositio potest corrumpere priorem: et nouam non inducere quando potest antiqua illam informare: quando non. tunc inducit ne materia sit absq̄ forma. **¶** Ad 6^m partē solutio. forma enim ignis potest corrumpere per qualitatiuas dispositiones formā combustibilis: non tamen illius materiam informare: quia non est forma spiritalitate participans. secus in alijs animabus. **¶** Ad se p̄mū dicendū aliqua formam esse extensibilem dupliciter. in se: quia ipsa recipit extēsiōē. vel in alio: quia ad ipsam sequitur extēsiō in alio. modo anima ratiōalis potest effici in pluri materia: ideo potest extendi secundo modo: quod sufficit. **¶** Ad 8^m dicendū q̄ potus efficitur maior postmodū: vel pars que erat potus efficitur maior: non quia capit maius q̄ sit capax: sed quia formam effectam in pluri materia consequitur maior extēsiō: partim quia membruz mole est: partim quia adhuc viget virtus auctiua: que p̄cedente etate euascescit: partim quia ipsa forma effecta in pluri materia: ut sic est causa maioris extēsiōnis. In diminutione secus est: membra dura sunt: euascescit virtus auctiua: forma recipit̄ in minori materia q̄ sit ipse potus. Hęc de quōne hac difficillima dca satis. **¶** Quęrunt quinto vtrum calor naturalis agit in humidum naturale resoluendo ipsum continuo vsq̄ ad fines vite naturalis. In isto q̄sito sunt due positiones. vna dicit q̄ calor naturalis continuo agit in humidum tam naturale q̄ cibale ipsum resoluēdo. Alexander et Albertus in multis locis tenent q̄ non. In p̄ma positione adhuc quidam tenent q̄ calor naturalis potest resoluere totuz humorum naturalem: et per consequens seipsum corrumpere per accidens: etiam stante vita: ut et̄ dico tertię speciei. Ibi enim nihil humoris naturalis: nihilq̄ calor naturalis remanet. Sed solus calor extraneus febrilis atq̄ igneus. et hęc monachus in libro paruc̄ tehne extendit: et plurimi p̄clarissimi affirmant. Alij vt Petrus apponensis et ceteri medici: et recentiores plurimi voluerunt cuz monacho humorum posse resoluē et calorem etiaz infirmari continuo per humoris resolucionem: veruz vitam dicunt stare naturalem: quādiu aliquid humoris naturalis remanet: q̄ cito vero euascescit humor naturalis calor extinguitur: et inde mors accidit. bi nō cōcedunt et̄ dico nihil habere caloris aut humoris naturalis. **¶** Ut vō positiones hęc appareant: pro p̄ positione arguitur: p̄mo quia nihil humoris naturalis si consumitur: nulla esset necessitas alimentis: vel salte animal sine cibo longo tēpore viuere posset. **¶** Secūdo Aristo. cōparat in lib. de longitudine et breuitate vite calorem flāmę et humidū oleo. Sed flāma agit in oleū. igit̄ calor naturalis in humorē naturalem. **¶** Tertio spiritus vitales resoluuntur in nimio exercitio: s̄ spiritus sunt partes humoris naturalis. quare aliquid humoris naturalis resoluū. **¶** Quarto membra animalis sunt difformiter calida. igitur mutuo agunt et patiunt̄: et sic cōtinua alteratiōe se resoluūt. **¶** Quinto medici aiunt cōtinens: vt aer calidus: exercitiū nimiu: et alij res nō naturales auctę resoluūt spiritus. igit̄ humorē naturalem. **¶** Sexto agens naturale approximātū passo sufficēter disposito agit effectuz: quem potest. sed calor naturalis est ipsi humido passo sufficēter disposito approximātus. igitur agit effectuz: quem potest resoluēdo. pro secunda positione

Ad v.

arguit: quāto requirit̄ et sufficit pro introductione formę in materia: tāto requirit̄ et sufficit pro eiusdē forme in eadem materia cōseruatione. igit̄ quāto humidus fuit pro generatiōe tantū p̄ cōseruatione: et sic nihil ipsius pot̄ resoluē. **¶** Secūdo forma nō variata f̄m essentiā: nec f̄m esse: quātu eguit pro esse: tantū p̄ cōseruatione. aliter ipsa cōseruata differret a seipsa genita. **¶** Contra vō positionē monaci arguunt. primo quia ethicus nutrit̄. igit̄ naturali operatiōe afficitur: sed illa naturalis operatio est a calore. igitur adest calor naturalis. **¶** Secūdo ethicus viuūt: sed vita est participatio anī nutritiū in calore naturali. igit̄ h̄z aliquid caloris nālis. **¶** Tertio ethicus pot̄ morbo putri laborare: et omnis morbus eiusmodi est a nouo humore: qui p̄cerat nālis. igit̄ in eo p̄cerat humor naturalis. **¶** Mibi autem videt̄ in hac re nihil certi esse. Ideo sustineo omnes partes cum protestatione dicendi aliter: si aliter occurreret. **¶** Ad p̄mā positionē: dicerent q̄ necessitas alimentis est nō p̄ restauratiōē: sed p̄ confortatiōē. vt. v3. humor ille aliquātulum remollefcit. **¶** Ad 2^m vōm. q̄ illa comparatio nō est vera quāto ad omnia: sed q̄ sicut flāma resoluūt ipsum oleū: sic calor naturalis reddit humorē impurū: nō tamē resoluūt. **¶** Ad 3^m diceret q̄ spiritus nō resoluunt̄: sed reddunt̄ impuri. et ideo egent quiete: vt remollefcāt. **¶** Ad 4^m dicerent q̄ agunt et patiuntur nō resolutionē: sed impuritatem quandā. **¶** Ad 5^m p̄ solutio. faciūt. n. nō ad resolutionem: sed ad impuritatem humoris. **¶** Ad vltimū vōm. q̄ agit nō resoluendo: sed impurū faciēdo: p̄pter causas datas. **¶** Ad argumēta alterius partis: oia soluūtur vñico verbo: q̄ minora requirunt̄ pro generatiōe q̄ pro cōseruatiōe: causa est: quia cōseruatiō nō est actio: at gnātiō est actio: modo ad agendum plura requiruntur. vt patebit. q̄ huius. **¶** Ad argumenta p̄tra iij^m monaci dici pot̄. **¶** Ad p̄mā q̄ ipsa ethici nutritio est naturalis sibi: nō a calore et humorē genitilib⁹: sed habituali: qui ob habitū naturalis sibi factus est. **¶** Ad 2^m diceret. q̄ viuūt per calorem habitualē: qui est sibi nālis: et sic anima participat calore nāli: nō q̄dē genitili: s̄ nāli ab habitu. **¶** Ad 3^m p̄ p̄ idē. pot̄. n. calor habitualis efficit ethico p̄ternaturalis: q̄ possunt humores indispōni: et erit sibi p̄ternaturalis pro quanto contra nām caloris habitualis. Illud tamen te latere nolo probabilius sustentari posse humidū nāle a calore posse resoluē: nō quide in toto vt monachus voluit: sed in parte: cuiusq̄ resolutione in toto mors est. Hęc. n. positio ceteris ideo probabilior est: quia ad eā minora sequunt̄. estq̄ facilis. Iuxta quā opz cōcedere resolutionem hanc esse cōtinuam f̄m tempus vite totum. vtrum vero cōtinua f̄m dispositionem: dicetur tandem. **¶** Quęrunt. vi^o: vtrū auctio sit motus cōtinuus. recentiores dixerunt auctioē particulare vñius particulę. vt vñius poti esse cōtinuā: quod probat̄: q̄ omnis motus est vñius motus: et omnis vñius motus est cōtinuus. Quare auctio hęc cōtinua est. **¶** Secūdo. si nō esset cōtinua. tūc aliqua auctio esset in nō tempore: et sic motus esset in nō tempore. Secūdo dixerunt auctioē totalem: nō quide a principio vite vsq̄ ad mortem: s̄ a principio vite vsq̄ ad terminum tēporis auctiois: ablatis. v3. impedimētis. posse esse cōtinuam f̄m tēpus. hoc est nulluz esse dare tempus: in quo auctio eius nō sit: nō tamē cōtinuā f̄m subiectū aut dispositionē. Dico p̄mo ablatis impedimētis: quia for-

Ad vi.

fitan existente morbo aliquo: posset vitens nō atgeri. Dico nō f̄m dispositionem et subiectum: quia fit in diuersis potis inuicem nō cōtinuis: et per diuersas dispositiones nō subordinatas. Hanc positionem persequantur: q̄ positis omnibus causis sufficētibz pro effectu producendo continuo: ponitur effectus ipse continuo: sed in ipso viuo sano ponunt̄ cōtinuo omnes causas auctiois actu: vt anima: calor: omnes potētia. materia vt nutrimentū et finis. igit̄ semp erit et cōtinuo auctio. Hęc positio et sibi non consentit: et contradicit Averroī et ratiōi eius. sibi quidem: q̄ si quilibet pars aucti auget̄. vt solida per iuxta positionem: potosa p̄ intus susceptioēz. omnes partes simul et continue augetur. igitur cū tempus sit cōtinuu: mobile continuo: et dispositiones etiam partium continuo: omnino motus hic debet dici cōtinuus: maxime a quantitate vna et continua denominante subiectum vnum. Averroī vō. nam. iij^o: p̄physicę auscultationis. cōment. vi^o. ait: q̄ motus auctiois de initio ad finem componit plurib⁹ motibus: et pluribus quietib⁹. Arguit aut hoc: quia si auctio quātūtatē digitalis fieret adequate in anno. tunc cuilibet parti anni corresponderet aliqua pars digitalis quantitatis: et sic cuilibet parti sensibili anni corresponderet aliqua pars sensibilis illius digitalis quantitatis: cuius oppositum docet experientia. Propter hęc teneo q̄ nec auctio vñi⁹ poti: nec auctio totalis est cōtinua: s̄ quilibet sit motus. Et ratio est hęc: q̄ auctio vel est aggeneratio vel p̄is ad aggeneratiōē: s̄ generatio fit per minima. quodlibet aut minimum generatur in instanti. et ideo est minimum. Et ad hoc valet ratio Averroī. nam vbi in quolibet instanti anni aliquid digitalis quātūtatē aggeneratur: cum nō possit illud esse minus minimo. tunc quor instantia in anno sunt: tot minima. Et cū infinita sint instantia in anno: Infinita erunt minima: et sic totum auctum erit infinitum. **¶** Tunc ad p̄mū vōm. q̄ auctio nō est motus cōtinuus: nec vñius motus vnitatis cōtinuitatis: et tamen est motus. **¶** Ad scdm dicerent q̄ solum de ratione motus localis est successio et cōtinuitas: imo potest esse aliqua trāsmutatio subitō: et esse motus. esse enim successiuum nō est de ratione motus. mixtio enī successiua est: et tamen nō est motus: nec esse subitō tollit rationem motus: cum alteratio velox et auctio possint esse subitō: et tamē sunt motus: sed differūt penes subiecta. nam subiectum motus est ens in actu: at subiectum generationis est ens in potentia. **¶** Solum tamen de ratione motus localis est esse cōtinuum et successiuum: quia ille est supra spaciū et a mobili in eo q̄ quanta: ceteri ad formā in eo q̄ naturalis: modo quātum vt quantum nō est determinatum ad maximuz: nec ad minimum: at nāle bene. **¶** Ad 3^m vōm. q̄ ad sunt omnes cause auctiois. id adest auctio: vt est apta fieri: modo cum ipsa non possit fieri nisi per minima. ideo non successiue cōtinuo fit: et sic est impedimentū ex parte rei agendę. hęc de cōtinuitate auctiois. **¶** Septimo quęrūt vtrū rarefactio sit augmentatio. et vtrū nō: q̄ auctio fit aliquo adueniente: at rarefactio effici pot̄ nullo adueniente. igitur rarefactio non est auctio. **¶** In isto quęsito. p̄mo animaduerte: vt colligit̄. in. iij^o. auscultatiōis p̄physicę. omē. lxxxiiij^o. et. viij^o. eiusdem. cōment. xv. q̄ densum id dicit̄: q̄ h̄z multuz de materia sub parua extēsiōe. rarum vō contra parum de materia: sub multa extēsiōe. **¶** Sed dices p̄tra. p̄mo vel mā h̄z partes. vel nō. vbi habz: vel actu

vel potentia: si actu. igitur est corpus. Si potentia: tunc actu nec multa: nec parua dicitur. at si partes non habent nec plus nec minus dici potest. Secundo ma habet plus et minus a dimensione: dimensio a forma: vt dicit Aueroes in libro de suba orbis. igitur non potest dici aliquid habere plus de materia: quod de forma. nec econtra: quando quidem sese sequuntur. propter hoc saluo meliori iudicio. et cum prestatioe dicendi aliter. si aliter occurrerit: dico quod plus et minus dicuntur saltem secundum dici ad aliquid: propterea plus dicitur respectu minoris: et minus respectu maioris. vel (vt alius placet) plus dicitur respectu mediocris: et minus sibi respectu medij. Uterius accipio quod partes dicuntur materia totius. y: physice aucta: et non quidem infinite partes. Sed minime que possunt per se existere: ac seorsus sentiri. tunc dictum philosophi intelligo. rarum est quod habet minus de materia hoc est minima que mediocritate. densum vero: plura que mediocritate. Causa est: quod densum pertinet mediocritate et ultra. igitur oia minima mediocritate pertinet et ultra. rarum vero deficit a pertinetia minorum mediocritate. Ex hoc apparet quod materia non potest dici rara nec densa: quia non est in actu: nec plus nec minus nisi interminate. et per consequens non potest esse id quo aliquid dicitur rarum: aut densum. Secundo aduertit quod auctio potest esse duplex. quantitatiua: et vitalis: vt quantitatiua abstracta a generatione. potest enim effici aliquid sub maiori quantitate: nihil in eo generato: vt si rarefiat ignis vel aer: nullo generato. at vitalis auctio ea est. que cum sit quantitatiua. de seculo signato connotat aliquid rei generationis in ipso viuo vt diximus. Hac distinctioe inuit Aueroes in hoc primo. commentum. xxxviij. Dis acceptis: recentiores volunt primo quod rarefactio sit auctio quantitatiua: et densatio diminutio quantitatiua. ad huc sensum: quod rarefactio terminat ad nouam quantitate. similiter et condensatio: et sic non differt ab auctioe quantitatiua. Probant primo. rarefactio est motus ad quantitate: quod per rarefactionem corpus efficiunt maius que erat. igitur est auctio. Secundo per rarefactionem in suba variant termini de predicamento quantitate. igitur auctio. Tertio per rarefactionem noua quantitas incipit: quod quantitas est alia a re generata. igitur auctio. Secundo dicitur quod rarefactio non est auctio vitalis: nec condensatio est diminutio vitalis. et hoc quod auctio vitalis fit per intus susceptioes: modo aliqd rarefit vel densat nullo susceptioe: aut tamen quod rarefactio est magis motus ad quantitate: que auctio vitalis. nam per rarefactionem noua acquiritur quantitas: at per vitalem auctioem precedenti quantitati aliqua superadditur. Sed pace hoc dixerim: hoc est delirare. primo. n. conclusio est contra Aueroem et rones. contra Aueroem quidem: quod ipse demonstra uit in libro de substantia orbis. et nos ibidem: dimensiones tres esse materie coeternas. Contra rationes vero. primo quia rarefactio et condensatio fieri possunt sola latione. vt in aere per in vesica constituto. digitis. n. compressus condensatur. at nature permissus. rarefit. Secundo quod immediate sequitur subam: non potest accipi vel deperdi: nisi suba acquisita vel deperdita. Sed quantitas immediate fundat in suba: immo ab aliquibus ponit suba. vt constat: quia substat vt substantia acciditibus. Tertio vt dicitur in libro de morte. omne accidens quod corrumpit: vel per se a contrario corrumpitur: aut ad corruptione subit: aut a contrario per accidens. Sed in rarefactioe pura: nec suba aliqua desinit: nec succedit sube contrarium per se nec per accidens. igitur voluntarium est dicere ipsam corrumpi. Ex hoc apparet: quod nec magis nec minus: imo forte minus rarefactio est

motus ad quantitate que vitalis auctio. nam nec per vnā: nec per alia noua quantitas acquiritur. Pro solutioe igitur ad questus animaduerte quod duplex est raritas siue densitas apud Aueroes. iij: physice. commento lxxxviij: vna quantitatiua d quarta specie qualitatis: et hęc semper sequitur calidum sine frigidum: siue ali quod genitum quale aut quantum: siue motum localem: vel aliqua causam naturalem. Alia est raritas siue densitas quantitatiua: et hęc est in quantitate: vt densum et remissum in qualitate. Verus hęc in quantitate dici solent magnū et paruum: plus aut minus. Illa vero in qualitate intersum et remissum. differunt autem. nam quantitatiua potest intelligi stare sine qualitatiua: vt in cubo separato a naturalibus: si poneret in aere vel aq. faceret enis. (vt dicit Aristoteles) latera distare. Secundo differunt: quia raritas qualitatiua non potest intendi quin quantitatiua intelligat interdi: et de facto ita sit. at potest quantitatiua saltē intelligi intendi: nulla qualitatiua intensa: quia prior potest abstrahi a posteriori. Per hęc per in quo differunt quantitatiua auctio et rarefactio. Auctio enim quantitatiua est ad raritatem quantitatiua: quia per ipsam variant termini de predicamento quantitate: non tamen quantitas ipsa. at rarefactio est motus ad quantitate raritatem. econtra dicitur de diminutioe et condensatioe. Et quonia motus distinguuntur penes terminos ad quos. v. physice. comē. ix: ideo hęc differunt specie et genere. Ex hoc apparet quod cum auctioe vitali sunt tria connotata: et vnum principale. Primum est particule minime generatio. Secundum est rarefactio: quia raritas quantitatiua accipitur. Tertium est motus localis: quo auctum maiores occupat locus. principale vero: vnde nomen retinet auctiois: et acquisitio raritatis quantitatiue. Et sic hęc quattuor sunt de ratioe auctiois vt vitalis: que non sunt de ratioe auctiois: vt auctio: non tamen sunt que primo de ratioe illius. Tunc per quod auctio vitalis magis proprie est motus ad quantitates que rarefactio. nam per illam saltem raritas quantitatiua variatur: at per hanc minime. Sed supra hęc est magna dubitatio: quia si cum auctioe vitali sunt conexi illi tres motus: vt pote gnatio particule minime. rarefactio. et motus localis. tunc rarefactio et motus localis essent subito. nam. iij: physice. comē. vi: et viij. physice. comē. xxij: auctio fit in instati: et est momentaneus motus. igitur cum illi alij motus erunt sibi conexi. tunc omnes erunt in instati. Hoc est contra Aueroem met illis ipsis in locis: vbi solum localem vult motu esse successiuum: et continuū. Ceteri vero videntur componi ex pluribus momentaneis. et quietibus temporalibus. Dicere per nunc cum prestatioe dicendi aliter. Hoc non est incois per accens: imo dico quod sicut gnatio fit subito: quod quodlibet minimum generat subito: sic auctio subito: et ceteri. hoc aut illis competit per accens: per quanto sunt conexi gnatio et auctio. Per hęc per ratio ad rones recentiorum. Hęc de auctioe dicta satis sint.

Quonia vero opz primum dicere de materia: deqz his: quae vocantur elementa: siue sint: sine non: vt r. v. vnum quodqz sempiternum sit. aut aliqua ex parte genitum. et si generentur. vt ruz generentur omnia ex inuicem modo eodez. vel eozū sit vnu quoddam primum. Necesse itaqz dicere ea. de quibus indeterminate dicitur nunc.

De mixtura

Co. cxxi.

De mixtura: actione: et passione: deqz tactu ppones dicere: causas tractatus assignans: tale pponit entymema. v. oportet de elementis tractare in libro scdo. v. vtruz sint eterna: an generabilia. et si generabilia. vtrum reciproce: an vnum sit pmu ingentū. igitur opz de tactu: actione: et mixtura agere. Inquit. quonia vero opz pmu dicere de materia: deqz bis que vocantur elementa. et hoc siue sint vocata et vera elementa: siue non: vt r: sed vocata trā: quod dicitur propter positionem suam: quod veruz elementū est mā. gnto metaphysice. dicere de eo. Utrum. v. vnum quodqz sit sempiternuz fm se: et quodlibz sit. aut aliqua ex parte genitū. eternuz fm totum. Et si generent aliqua ex parte: vtruz generentur omnia ex inuicem modo eodez hoc est mutuo: ita vt quodlibet transmutetur in quodlibet. vel eozum sit vnu quoddā pmū. ex quo cetera fiant: ipsuz tamē sit ingentuz: vt dicunt physici. Necesse itaqz est dicere ea. v. mixturam: tactu: et auctioe: de quibus nūc nostro tempore dicitur interminate: et satis confuse. Hoc est entymema concludens intentionē.

Omnes enim et qui elementa generant: et qui haec ex elementis: disgregatione vtuntur et congregatione: atqz actione et passione. Est aut congregatio mixtura. Veruz quo modo misceri dicimus: non determinatuz est manifeste.

Co. cxxij.

Deducit entymema. et primo de actione et mixtura per auctoritates tractantū de generatioe reruz. et inquit. Omnes enim et qui elementa generant: vt multi physicos: et qui hęc generant ex elementis. disgregatione vtuntur et congregatione: atqz actione: et passione. sed congregatio est mixtura. igitur de mixtura. veruz quo modo misceri dicimus: et quid superaddit congregationi ipsa mixtura: non determinatum est manifeste. Et sic patet auctoritate antiquorum tractatū de generatione elementorum esse annexum tractatus de actione: et mixtura.

Amplius autē nec alteratio est possibilis: neqz corruptio: neqz generatio nullo agente: neqz patiente. Nam et qui plura elementa faciunt hi generant actione et passione eorum ab inuicem. Et bis qui ex vno: necesse est dicere actionem. Hocqz recte diogenes facit: quod nisi ex vno cuncta eēt: neqz erit. hocrum ab inuicem huius actio illius passio: vt pote caliduz frigare. Hocqz calefcere itez. Non enim caliditas et frigiditas inuicē trāsmutantur: nisi costet subiectū subijci. quare in quibus actio est et passio: eis vnaqz subesse naturā necesse est. Omnia quidē igitur talia non verum est dicere: sed in quibuscunqz subiectum est.

Co. cxxij.

Secundo arguit rone idēz sic: nec gnatio: nec alteratio effici possunt absqz actioe aut passione: igitur tractatū de gnatioe et alteratioe anectendū est de actioe et passione. Antecedens declarat. quod tam qui plura elementa faciūt vtuntur actioe: qz qui ex vno cuncta generāt: vtuntur actioe. Immo nisi ponat vnu elementū cōe: non erit actio nec passio. et sic nec gnatio: nec alteratio: vt

recte facit diogenes. Inquit. Amplius autē: quod graece est allamyn: latine at vero: siue pterea: aut amplius: nec alteratio est possibilis: neqz corruptio: neqz generatio nullo agente: neqz patiente. Aristoteles in greco habz diacrinē the et sygrinē: latine disgregari et congregari: verum ego pro corruptioe et gnatioe trāstuli: quod antiqui generatioe et cōgregationē vocant: corruptionem vero disgregationē. Deinde pbat. an. d. nam et qui plura elementa faciūt: vt Empedocles hi generāt actione et passione eoz ab inuicē: vt lite et amicitia. Et bis qui ex vno generāt: vt physici quidā: necesse est dicere actionē. Quod aucte Diogenes affirmat. d. hocqz recte Diogenes facit: quod nisi ex vno cuncta essent: neqz erit hoc ad inuicem huius actio illius passio: vt pote neqz subaudi erit caliduz frigare: neqz hoc calefcere iteruz. Non enim caliditas et frigiditas inuicem transmutantur: ita vt vna alterā recipiat: nisi costet subiectū subijci. vel magis iuxta grecū: sed manifestuz est quod subm aliquod est: quod eis subijciuntur.

Sed ambiges. primo quod si hęc cōsequētia valz. sine actioe non est gnatio. igitur opz de actioe tractare: argue rem. sic sine intelligentiuz et stellis non est gnatio. igitur de stellis et intelligentiuz est agendū. quod non cōcedere res. Amplius scdo. quo modo valet. hęc nisi mā subesset: tunc non esset actio et passio. Primum nec agit mā: nec patit: vt hic loquimur. Igitur nihil facit ad actionem et passionē. Ad pmū dicendū quod anis est sic accipiendū. sine actioe et passione tanqz pmis requisitis et pxiis: non est generatio. igitur tractatū de gnatioe est annexus tractatus de actioe et passione. nūc canilluz non est ad ppositū. Stelle enim et intelligentiuz sunt cōg remote. Ad 2m dōm quod nihil patit nisi sit in mā: quod ipsa non patiatur pmū: est radix passionis: propter quod forme liberatē a mā patiunt. ix. metaphysice. commento scdo. nihilqz agit physica actioe: quod non sit in mā: quonia omne agens physica actioe est indiuidū: et oē indiuidū est tale. propter māz. Amplius ois actio est corruptiua et generatiua: vt nūc loquitur. Ex pulso et inductio circa idēz subm fuit: quare necia est mā. Et sic per ratio Aristotelis.

At vero si de actione et passione: et de mixtura speculandū est: necesse est et de tactu. Neqz enim haec facere et illa pati possunt proprie: quae se inuicem tangere non possunt. neqz quae aliqua ex parte non se tangūt: contingit misceri primum. Quare de tribus his differendum. quid videlicet tactus. quidue mixtura. quidqz actio.

Co. cxxij.

De actione et mixtura hoc in libro sit agendum: declarauit: nūc quod de tactu: apponit. quia de mixtura et actioe. et igitur de tactu. declaratur entymema: quod sine tactu nulla priorius actio ē: neqz passio. Et hoc accipiendū actionem proprie. nam intellectus agit intelligibilia. non tamē illa tangit. Amplius intelligentia agit orbem: illuz tamē minime tangit. hęc enim actio non proprie est: sed metaphorica. sic igitur tractatū de actione anecti debz et de tactu. Itemqz tractatū de mixtura: quando quidem que non tangere se possunt: nec misceri: vt dicem. Restat igitur vt pro completo toto negotio quod a principio ppositum. v. de generatione: vt de actione mixtura: et tactu: transigamus. Deqz de intentione.

E

Accipiemus autē principium tale: necesse est enim eorum quae sunt: quibus est mixtura. haec esse ad inuicem tactilia. et si aliquid agit. Illud vero patitur proprie: et is similis.

Lō. cxxv.

De ordine vero: vult a tactu esse incipiendum qui graece dicitur apbe. quia miscibilia sunt tactilia et non eorum. Itemque et actiua et passiva tactilia sunt: et non eorum. quare a tangentibus incipiendum: tanquam ab vniuersaliiori: quae dicitur patet. **S**ed ambiges. 3^o de tactu in libro dicitur de anima. igitur non hic. Secundo de actione et passione in quinto metaphysice. igitur non hic. Tertio de mixtura in 4^o metaphysice. igitur non hic. **A**d primū dicitur potest de tactu esse dicitur. put est vniuersalis quibus sensuum: qui tactu sentit. Dicit vero: vt passio est corporis actiuorum passiuorumque: et miscibilia. **A**d secundum de passione et actione in metheororum dicitur: vt sunt differentie entis: quod diuiditur per potentiam et actum. Dicit vt sunt rationes corporum physicorum. **A**d tertium de mixtura agitur in quarto metaphysice. vbi ipso humore. at hic de mixtura. vt elementorum est.

Fere quidem igitur: quoadmodum et caeterorum nominum vniuersalium multipliciter dicitur. et haec quidem acquiuoce. Haec autem altera ab alteris et prioribus: sic se habet et de tactu. Verum principaliter dicitur est in habentibus positiones. Positio vero inest: quibus quidem et locus. Etenim mathematicis dandum est tactum atque locum: siue eorum vnumquodque separatum sit: siue modo alio.

Lō. cxxvi.

Nō tactus multipliciter dicitur: per talem videtur affirmare coniecturam: quod nomina fere omnia multipliciter dicantur. hoc est aut equiuoce: aut modo et ratione: ac ordine: vt analogia. Cum igitur tactus nomen dicitur: ideo videtur multipliciter dici. Dicit. Fere quidem igitur quoadmodum ceterorum nominum vniuersalium multipliciter dicitur. haec quidem equiuoce. Haec autem altera ab alteris: et prioribus: hoc est analogice: et tactus nomen sit quoddam: sic se habet et de tactu. et ita videtur multipliciter dicitur. **A**nimaduerte quod plures sunt res: quae nomina: ideo vt dicitur primo elenco: venit equiuocatio: vt nomen vbi imponeret pluribus rebus. Verum potest nomen aliquid reperiri vniuersalium: sed raro. ideo dixit fere omnia. Deinde declarat quae se tangunt proprie ac principaliter. Et quod sunt corpora: sic syllogizat. Quaecumque sunt in loco: corpora sunt: quae se tangunt: sunt in loco. igitur tangentia sunt corpora. quod tangentia sunt in loco. declarat d. verum principaliter nomen tactus dicitur est in habentibus positionem. Positio vero inest: quibus quidem inest et locus. et sic patet minor. Idem probat per exemplum. d. Etenim mathematicis dandum est tactus: atque locum: siue eorum vnumquodque separatum sit: vt Pythagorae aiunt: siue modo alio: hoc est in naturalibus constitutum: vt veridici dicunt. Ex hoc arguo sic. Mathematica sunt tangentia: et non nisi ratione qua corpora. igitur tangentia sunt corpora. Quaesitum forsitan an mathematicae res a loco abstrahant. quod sic videtur. nam abstrahunt a virtute conseruatiua rei locatae. igitur a loco. Dicit potest quod locus vno modo capitur physice alio modo mathematice per vltima superficie corporis

ambientis: a loco physico abstrahunt mathematicae. Non autem a loco mathematico.

Si igitur erit tangere vt prius determinatum est: habere videlicet vltima simul: ipsae vtriusque determinatae magnitudines se tangere: quaecumque habentes et positionem. Vltima simul habent.

Lō. cxxvii.

Secundo quod se tangentia simul vltima habeant: non alio probat. nisi quod se probasse in quinto physice auctorationis asserit. d. Si igitur erit tangere vt prius determinatum est quinto physice. habere. vbi vltima simul. ipse vtriusque determinatae magnitudines siue corpora se tangunt: quaecumque habentes et positiones. Vltima simul habent. Sic igitur habetur secunda definitionis pars.

Quia vero positio quidem inest ipsis: quibuscumque et locus inest. loci autem prima differentia est: sursum et deorsum: talia quoque aduersantia sunt: habebunt itaque se tangentia cuncta grauitatem: aut leuitatem: aut ambo: vel alterum. Talia autem sunt passiva et actiua. quare per haec esse apta se tangere. quorum (cum sint determinatae magnitudines) vltima simul sunt. ac existunt motiuae et mobiles ab inuicem.

Lō. cxxviii.

Quod tangentia sint actiua et passiva mutuo sic syllogizat: quaecumque sunt grauium aut leuium: sunt actiua et passiva: quaecumque se tangunt: sunt grauium: aut leuium. igitur quaecumque se tangunt: sunt actiua et passiva. quod tangentia sunt grauium aut leuium. probat. d. Quia vero positio quidem inest ipsis: quibuscumque et locus inest. Locum autem prima differentia est sursum et deorsum: talia quoque aduersantia sunt: omnibus ipsis acceptis veluti praemissis: dat minorem. d. habebunt itaque se tangentia cuncta: grauitatem: aut leuitatem. cuncta dico aut ambo ipsa tangentia: aut saltem alterum. quod dicitur forte propter eorum: quod igne tangit. non tamen graue est: aut leue. Haec est minor. Deinde sumit maiorem. talia autem sunt passiva et actiua. Tunc recolligit totam conclusionem. vbi igitur tangentia sunt corpora actiua et passiva. quorum vltima sunt simul. Haec enim proprio nomine tangentia dicuntur. cetera vero metaphysice.

Animaduerte vt in paraphrase Auerrois. committitur. colligitur: quod tactus duplex est. alter quidem mathematicus: ad quem sufficiunt duo: vt sit corpus: et quod illa simul habeant vltima. Physicus vero requirit tria: quod sit corpus: et quod eorum vltima sunt simul: et sint mutuo actiua ac passiva.

Quoniam vero mouens. non similiter mouet mobile. Sed alterum quidem necessario motum. et ipsum mouet. Alterum vero immobile existens. manifestum quod in agente ipso similiter dicimus. nam et mouens: aliquid agere aiunt. atque agens ipsum mouere.

Lō. cxxix.

Tractaturus Aristoteles questionem siue cuiusdam quaesiti solutionem. vbi vtriusque omne mouens agat: moueatque per contactum: et rursus vtriusque omne agens per contactum agat. Primo accipit inter agens et mouens conuenientiam. Secundo differentiam. Tertio res

propositam declarat. Inquit. quoniam vero mouens non similiter mouet mobile: cui applicatum est. Sed alterum est mouens: quod necessario quidem motum et ipsum mouet. hoc est quod in mouendo mouet: vt sunt motores physici: et corporei. Alterum vero immobile existens. hoc est quod in mouendo non mouetur. manifestum quod in agente ipso. similiter dicimus. Lucretius causam ait. d. nam et mouens aiunt agere aliquid atque agens ipsum mouere. **S**ed dices. quae est vis huius rationis: **R**esponderes quod est vis syllogismi sic. in mouentibus aliquid est mouens quod in mouendo mouetur. aliquid quod in mouendo non mouetur. sed agens est mouens. igitur agens est duplex. quod agendo patitur: et quod agendo non patitur. **S**ed contra. ex puris particularibus nihil sequitur. modo ambo sunt particulares. **D**icit potest quod sunt reducibiles ad vniuersales hoc modo. in omnibus mouentibus est aliquid quod primum immotum. Omnia agentia sunt mouentia. igitur in omnibus agentibus datur primum non patiens.

Dubo.
Rii?

Replica

Solo

Verum tamen differunt: atque id determinare oportet. Non enim potest omne mouens agere. Si quidem agens referimus ad patiens. Hoc vero est in quibus motus ipse passio est. Passio vero potest alteratio est sola. veluti album: et calidum. itaque mouere in pluribus est ipso agere.

Lō. cxxx.

Nunc differentiam inter mouens et agens: motumque et actionem accipit. Et inquit. Verum tamen differunt: atque subaudi differentiam illam determinare oportet. Non enim potest omne mouens agere. Si quidem agens referimus ad patiens. verbum referimus graece est antithesomen latine opponimus. verum hic transulit referimus: quia relatiua etiam opposita sunt. capiendum igitur agens vt refertur ad patiens: sic non omne mouens est agens. **N**ō declarat. d. Hoc vero. subaudi agens relatum ad patiens est: in quibus motus ipse passio est. hoc est vbi idem est motus et passio. Passio vero prout alteratio est sola: veluti album: et calidum. Et sic patiens relatum ad agens est alterabile terminum. et agens relatum ad patiens est alterans. Et actio et passio sunt: vbi motus est alteratio terminum. Propter quod infert. Itaque mouere in pluribus est ipso agere. Deus enim mouet: et non agit actione quae est alteratio: quando quidem omne agens proprie in agendo repatiatur. Vbi tamen agere pro efficere: et actio pro efficientia acciperentur: forsitan agens esset in plus ipso mouere: vt in metheororum dicitur est.

Illud igitur manifestum est: quod est quidem vno modo motiua mota tangere iam. alio vero modo non est. Verum determinato tactu simpliciter quidem: qui est habentium positiones: atque huius quidem motiui: illius moti. Abotui autem et moti. vbi adiuuices: in quibus agere erit: et pati erit.

Lō. cxxxi.

Accedit ad tertium quod propositum erat. vbi an omne mouens motum moueat. et an per contactum. et an se tangentia agant et patientur. Et primum quod infert est: quod vno modo quaedam motiua mota tangunt: et sic tangendo mouentur. quaedam vero non. sed mouent

et non mouentur: quaeque tangunt: et non tanguntur. Exemplum primi. intelligentie immotae mouent. Et haec tangunt intactae. Exemplum secundi. elementa mota mouent. haecque tangunt et tanguntur. Declarat tamen quae agentia repatiuntur cum tangunt. d. verum determinato tactu simpliciter (quod graece est catholu latine etiam vniuersaliter) qui est habentium positionem: vt corpus: atque huius quidem motiui. Illius vero motiui: motiui autem et moti. vbi adiuuices: concluditur quod in quibus agere erit. et pati erit. Et ita vult quod omne mouens tangendo per propriae contactus definitionem: in mouendo et agendo repatiatur. At tactus accipiendum metaphysice: aliquid est mouens per tactum: quod nec tangit nec mouet. Hoc est primum.

Est quidem igitur vt frequenter tactam rem: ipsam tangentem tangere. Nam et mouent mota fere cuncta: quae impedimento sunt: quibus et necessario videtur rem tactam tangentem tangere. Est vero vt dicimus raro motiuum tangere motum solus. rem tactam vero non tangere tangentem. verum quae mota mouent: cum eiusdem sint generis: de necessitate videtur esse: vt res tacta tangat.

Lō. cxxxii.

Concludit nunc quod vt in pluribus res tacta tangit rem tangentes: vtens syllogismo hoc. Omnia mota mouent fere. tactus res sunt motae. igitur omnes tactus res fere tangunt. Inquit. Est quidem igitur vt frequenter tactam rem ipsam tangentes tangere. Haec est syllogismi conclusio. Adicit maiorem. d. nam et mouet mota fere cuncta: quae impedimento sunt. graece est empo don. apud aliquos latine est quae in nostro conspectu sunt. nam et haec sunt elementa: quae sunt in nostro conspectu. quia infra sphaeram caelestem. et quae sunt nobis impedimento. quia per illa corrumpimur ac impedimur. Quibus et necessario videtur rem tactam tangentem tangere. Si igitur vt in pluribus quidem res tacta tangit. Deinde accipit ad idem secundam partem conclusionis. d. est vero vt dicimus raro: siue magis iuxta graecum aliquando: motiuum tangere motum solum. Rem tactam vero non tangere tangentem. quia solum hoc in caelestibus videtur. quasi tangens tertiam partem conclusionis. d. verum quae mota cum eiusdem sint generis: de necessitate videtur esse: vt res tacta tangat. Est igitur tota conclusio. vt in pluribus omne tactum tangit. vt in paucioribus tactum non tangit. vt in omnibus tactus tangit. in quibus genus materiae est commune. Primum patet: quia plura sunt. Tertium patet. quia omnia genere et materia conuenientia tanguntur et tangunt: agunt et patientur: mouent et mouentur. Et hoc erat 2^o principale.

Quare si quid mouet immotum existens: fiet vt aliquid quidem solus rem tangat motam. Aliud vero minime. nam interdum dicimus tristantem nos ipsos tangere. Contra vero minime.

Lō. cxxxiii.

Ex omnibus ipsis concludit tandem rem tangentes esse aliqua: quae tangat terminum. aliquaque quae et tangit et tangitur. Motor quidem existens imotus: tangit intactam

ctus. Notoz vero motus tangit tactus. quod exem- plo testatur. nam contristans interdum nos in croze tangit. At contra nos ipsum minime. Animaduer- te qd verbum illud solum: no est in codicibus grecis: sed ad sensus expressione adieci. Itaq; extra vero mi- nime: no sic grece est: sed sic sonat: id sic trāstuli.

De tactu quidez igitur. eo. v3. qui in natu- ralibus. hoc sit determinatus modo.

co. cxxxiiij.

Quo de tactu in rebus naturalibus dixit: nūc epy- logat: que patent. Sed circa hęc querunt recen- tiores vtruz omne agens agit per contactum. Et qd non arguunt. Primo. quia magnes: ferruz trahit: nec tamen ipsum tangit. Secundo celum agit in centro terre. vbi nullus adest tactus. Tertio stelle in ge- nituris impingunt affectiones: tam. v3. ad actiones: qd ad externa: qd ad valozes. Et tamen non tangunt nos. Alexander apbrodisius tenet aliqd esse agēs physicum corporeum: atq; quantum agere posse in aliquod: nec ipsum tangendo: nec medium interce- pruz. Quod probat pmo. quia solis stella calefacit ignez propria sua in sphaera: tamen ozbes medios mi- nime. Secundo. quia pisce qui latine dicitur tor- pedo. a barbaris mortificator: manus stupent pisco- toris: quas non tangit. tamen nec rbete super. Et si contra ipsum Aristoteles adducatur: qui ait omne agens corporeum agere per contactum. Respondet ipse: verbum Aristotelis esse intelligendus vt iacet: nam ipse verificat illud soluz in elementis: vel ipsia: que per qualitates agunt elementarias: quo. v3. mo- do nec solis stella. calefacit. nec stupore quid super. Ad cuius etiam positionem sequitur primo aliquod agens posse in distans agere: non agendo in propin- quum. Itemq; aliquod esse agens: quod non fortius agit in partem propinquaz: qd remotam: vt intelligē- ti patet. Sed contra hanc positionez arguit The- mistius: et Auerroes secundo celi. cōmento. xly. et po- test argumētum sic formari. Omne mouens oportet esse simul cum moto. vt septimo physicorum demon- stratum est. Sed omne agens est mouens. vt in litte- ra diximus. Igitur omne agens oportet esse simul cū eo in quo agit. Tunc respondet ad argumenta Ale- xandri. Ad primum respondet Auerroes non solem ipm calefacere: sicut nec oculus videt. sed homo oculo videt. et celum totum sole calefacit. Modo celum tangit ignem: licz pars qua agit: eum non tangat. Si- militer non oportet agens qd agit per partem: vt illa pars agat in partes totius per priozes passo. cum illa pars non sit quod agit. sed quo totum agit in passuz. Ad secunduz respondet Themistius qd mortifica- toze super manus mediante rbete: quod non super. sed bene aliqua qualitate afficitur: que in rbete non est stupor. in manu vero stupor est. Ad quā positio- nem sequitur nullum agens physicum agere posse in remotum: quin in propinquum egerit. vnde et Auer- roes secundo de anima. cōmēto. xxxiiij. probat si va- cuum esset inter oculos et visile non posse fieri visio- nem. nam visile agit in dyapbanum lucidum inten- tionem coloris: quod dyapbanum a tali intentione actuatum agit in partem proximam. et illa sic actua- ta agit simili in sibi proximam: ita vt tandem ad oculo veniat. Non tamen oportet vt agens naturale agat fortius in partem propinquam qd in remotam. nam ignis ferrum distans calefacit magis qd aerem

medium. Sed dices. pono qd sit passuz vniforme: et cetera sint paria: vtrum agens naturale fortius: et citius agat in partem propinquaz qd in remotā. Sot- ticolę ac sophistę qd sic. probant. Primo quia agens melius applicatur parti proximę: qd remotę. Secun- do. quia actio in remotum procedit debilitando. vt patet per experientiam. et ratio est tacta in eo qd mo- do dixi de visione. Igitur in proximuz: cum nulla sit debilitatio: fortius agit. Tertio agens naturale agit per contactum. sed fortius tangit partem propioze: qd remotiozem. Igitur fortius agit et citius in partes propinquas: qd remotā. Sed hęc positio contra- dicit peripatheticis: et maxime Auerroei. qui de quo- libet generato ponit minimum et maximū. quod esse non posset: nisi agens eque cito: equeq; fortiter age- ret in propinquam: sicut in remotam partem.

Propterea ad argumenta. Ad primū diceret Auer- roes qd intra sphaeram minimi eque bene applicatur toti: et cuilibet parti: licz extra sphaerā illius: no eque. Ad secundum concedo actionem in remotuz: vl- tra. v3. sphaeram passionis minimi procedere debili- tando. At intra sphaeram eius equalis est processus. si processus dici potest: quando quidem sit actio sub- ita. Ad tertium per idem diceret qd intra sphaeram minimi licz non tangeret partem remotam: tamen quia intra sphaeram est minimi: eque fortiter agit in propinquam: sicut in remotam.

Tunc ad rationes. Ad primā respondet Auerroes. septimo physicorum. cōmēto decimo. qd magnes im- mediate alterat medium: quod affectum alteratiōe magnetis alterat ferrum: quod affectum ab illa mo- uet se ad illum. Ad secunduz responsio est eadem. Ad tertium solutio patet. stelle enim agunt in ge- nituraz qualitates que sunt impetus siue propensio- nes. Et has agit in medio. verum in medio non sunt impetus. In genitura vero sic: vt patuit de stupore. De qd tactu.

De actione vero et passione dicenduz de- inceps. Accepimus autez a prioribus sub- contrarios inter se sermones. Plurimi qui dem enim dicunt hoc cōcorditer qd. v3. nul- lum simile quidem patitur a simili. Luz no alterum altero actiuū magis sit qd passiuū. Existunt enim haec oia similiter similibus. dissimilia vero et differentia apta sunt inui- cem agere et pati.

Agere grece piein dicitur. pati vero paschein: hacte- nus de tactu: nunc de agere patiq; proponit. Est eniz omnis mixtio actio et passio non autem omnis actio et passio est mixtio. quare de actione et passione prius qd de mixtura. de actione et passioe apud veteres sunt duę positiones contrarię. prima. nullum simile pati- tur a simili. Probabant. Primo quia cum sint simi- lia: non videtur quare magis alterum agat: et alteruz patiatur. Secundo quia simile omne generatur: et exi- stit a suo simili. igitur nulluz simile patitur a simili. De qd est vna positio contraria. Inquit. de actione ve- ro et passione dicendum deinceps. accepimus a prio- ribus qui contrarios dixerunt sermones: subcontra- rios sermones: vt videbitur. Plurimi quidem enim dicunt hoc concorditer: qd. v3. nullum simile quidez

co. cxxxv.

patitura simili: sic sonat textus grecus: licet non sic- ster. Deinde tangit primā rationem. d. cum non alte- rum altero actiuum magis sit: qd passiuum. Secun- do idem probat. existunt enim hęc: et subaudi fiunt similiter similibus. dissimilia vero et differentia: apta sunt inuicem agere et pati. no autem seipsis esse: et fie- ri. De qd prima positione.

Item et quando minor ignis a plurimo corrumpitur. propter contrarietatem fieri illud aiunt. Et enim plurimum paucō con- trarium.

co. cxxxv.

Sed contra illam positionem aly instabant. nam ignis paruus a plurimo igne corrumpitur: vt expe- rientia docet. et tamen ignis paruus: et ignis magnus eiusde sunt speciei: et similes. Igitur potest pati simi- le a simili. Respondent paruū pati a plurimo ea ex parte qua contraria sunt: no ea qua similia. nam plu- rimuz et paucum cōtraria esse fatentur.

Democritus autem extra alios singula- riter dixit. Ait enim idem atq; simile esse: et agens et patiens. Non enim contingit alte- ra: et differentia ab inuicem pati. Immo si dissimilia entia agunt inuicem quicquā. Il- lud non quatenus altera: sed quatenus eis commune aliquid inest: accidere ipsis di- cimus. Quae quidem igitur enarrantur: tot sunt.

co. cxxxvi.

Alius sermo illi contrarius est: omne simile pati a simili. Probabat autez Democritus istud per illud diuulgatum: qd omnis actio fit a simili: ob quod Pla- to ideas cogitur ponere. vt. v3. simile a simili prode- at. Et cum opponebatur Democrito non nulla dissi- milia agere et pati inuicem. vt calidum a frigido. Re- spondebat illud esse: non quatenus cōtraria: sed qua- tenus similia ac in quodaz commune conuenientia: vt dicemus. Sunt igitur duo sermones inuicem con- trary. primus. nullum simile patitur a simili. secun- dus. omne simile patitur a simili: et de agere etiam fi- unt sermones tales. Primus. omne agens agit in si- mile. Secundus. nullum agens agit in simile. Quae dicit patent.

Videntur vero hoc modo dicētes subcō- traria sensu dicere. Causa autem contradi- ctionis est: qd cuz decebat aliquod totū spe- culari: partem aliquā dicunt ambo.

co. cxxxvii.

Proposuit Aristoteles opiniones antiquozum. Et dixit illas sub forma contrarietatis: nunc eas habe- re sensum subcontrariarū declarat. Ubi animad- uerte qd duę positiones possunt dici fm materiaz contrarię: que fm formas sunt subcontrarię. Ut hęc. omnis homo est albus: nullus homo est albus. Am- bę enim hęc materia et terminozum positura vniuer- sales econtrario sunt: et sic contrarię. At sensu et signi- ficatione siue forma sunt subcontrarię. quia omnis homo est albus. pro quanto omnis scythas est albus: nullus homo est albus pro quāto nullus ethiops est albus. modo hęc sub sensu subcōtrario verę sunt. Sic in proposito hęc. omne simile patitur a simili. et nullū simile patitur a simili: terminozum quidem positu- ra et materia: contrarię sunt: quo in sensu non sunt ve-

re. At sensu: forma: et significatiōe: sunt subcontrarię: vt videbitur. Dicit. Videtur vero hoc modo dicen- tes subcontraria sensu dicere. Verbum illud sensu: grece est pbqnestbe: latine apparere: at apparere pro sensu spe accipitur: vt hic. Reddit causam. d. Causa autem contradictionis est: qd cuz decebat aliquod to- tum et vniuersale speculari: et illi sensuz ascribere: par- tem aliquaz in sensu dicunt ambo illi sermones. Igitur significatione sunt particulares. et terminozum positura vniuersales.

Enim simile penitus: et omnino idem: rationale non est pati aliquo modo a si- mili. Quid enim magis alterum erit actiuū qd alterum?

co. cxxxviii.

Ad declarandum subcontrarietatem illozū sermo- num. accipit primo qd simile penitus et omnino idēz: rationale non est pati aliquo modo a simili: et sic ac- cipit primo qd actio et passio non fiunt ratione simili- tudinis. Et syllogismus sic componit. in omni actio- ne et passione vnum est magis actiuum alterum ma- gis passiuum. in similibus omnino et penitus ydem: nihil est magis actiuum: qd passiuū. aliter non essent omnino similia: et eadem. igitur in similibus et peni- tus ydem non est actio et passio. De syllogismo tan- git vim minoris per admirationez: siue interrogatio- nem. d. quid enim magis alterum erit actiuum qd al- terum in similibus: quasi dicat nullum.

Et si a simili pati aliquid est possibile: et idem a seipso. Et sic his se habentibus ita: nequaquaz aliquid erit incorruptibile: aut immobile. Siquidem simile quatenus si- mile actiuum est. Nam se ipsum idem mo- uebit omne.

co. cxxxix.

Secundo arguit ad idem. si actio et passio est inter aliqua ea parte qua similia: tunc vbi maxima erit si- militudo: maxima erit actio et passio. Sed summa simi- litudo est eiusdem ad se. Igitur maxime idem ager in seipsum. sed deus: et ceterę substantię sunt maxime sibi ipsis eadem. Igitur maxime agentes in se. Et sic nihil prius erit incorruptibile: nihilq; immobile. quando quidem deus et ceterę substantię abstractę agunt in se. Sunt qui dicunt rationez hanc friuo- lam esse: argumento qd eiusdem ad se non est summa et maxima similitudo. Quādo quidem similitudo sit relatio: que requirit differentiam relatiuozum. Sed mihi non placet. Nam si idēz in se no ageret. hoc est. quia ad actionem et passionez aliqua requiretur di- uersitas: sed diuersitas ē dissimilitudo apud omnes. Igitur agens ageret ratioe dissimilitudinis. et sic ha- betur: qd petebamus. Quę dicit: patent.

Et omnino alterum: et nullatenus idem: similiter. Non enim patitur albedo a linea: aut linea ab albedine: nisi fm accidens. vt- pote si accideret albam vel nigram esse li- neam. Non enim extrahuntur inuicem na- tura: quaecunq; neq; contraria: neq; ex cō- trariis sunt.

co. cxl.

Secundo ostendit qd dissimilitudo non sit causa actionis et passionis hoc est qd dissimilia ea parte qua dissimilia non agunt: nec patiuntur. Et ratio sic com-

ponitur: si dissimile quatenus dissimile agit aut pati-
tur a dissimili: tunc quodlibet dissimile pateretur a
quolibet dissimili. Consequens destruit per exemplum
et per rationem. Per exemplum quidem. d. Non enim
patitur albedo a linea: aut linea ab albedine: nisi secundum
accidens. utpote si accideret albam vel nigram esse
lineam. Per rationem vero. d. Non enim extrahuntur
in uicem natura: quocumque neque contraria: neque ex
contrariis sunt. Et sic oportet esse contraria que se ex-
trahunt et agunt: aut ex contrariis. Non igitur quodli-
bet ex quolibet fit. Et sic patet consequentis impossi-
bilitas. Et consequentia sic potest deduci. si causa actio-
nis et passionis est dissimilitudo: ubi referuatur dissi-
militudo: in illis omnibus seruatur actio et passio: et sic
quodlibet dissimile fit a quolibet dissimili.

Sed quoniam non quodlibet natura est pa-
ti et agere. sed quaecumque aut contraria sunt:
aut contrarietatem habent: necesse est agens
et patiens genere quidem similia esse atque
eadem: specie vero dissimilia: et contraria.
Natum est enim corpus a corpore: humor
ab humore: color a colore pati. et omnino
vniuersum ab vniuerso. Huius autem cau-
sa est quod contraria in eodem genere cuncta
sunt. Agunt vero et patiuntur contraria.

Tertio ostendit actionem et passionem fieri ratio-
ne similitudinis dissimilis: aut dissimilitudinis similes
hoc est quod agens et patiens debent esse similia dissimi-
lia: aut dissimilia similia. Ad cuius deductionem pe-
tit unum. scilicet quod agens et patiens sunt genere conue-
nientia: specie discrepantia. Syllogizatur sic. contraria
sunt genere conuenientia specie differentia. agens et
patiens sunt contraria. igitur genere conuenientia:
et specie differentia. Primo accepit minoris vim. d.
quoniam non quodlibet natura est pati. subaudi a quo-
libet: et agere in quodlibet: sed quocumque aut contraria
sunt: aut contrarietatem habent. hoc est minor. Infert
conclusionem que erat petitio. d. necesse est agens: et
patiens: genere quidem similia esse atque eadem. spe-
cie vero dissimilia et contraria. Probat minor per
inductionem. d. natum est enim corpus a corpore: ut
ignis ab aqua. humor ab humore: ut cholera a phleg-
mate: color a colore: ut album a nigro pati. Et vniuersaliter
ac omnino vniuersum ab vniuerso. Tunc re-
petit totum syllogismum. d. Causa autem est quod con-
traria in eodem genere cuncta sunt. Hoc est maior.
Agunt vero et patiuntur contraria. hoc est minor. Igi-
tur. subaudi agens et patiens eiusdem generis sunt.
Hec est petitio. que dixit corpus a corpore pati: et co-
lorem a colore: et humores ab humore: exempla sunt.
non autem vera nisi pro quanto in eis sunt virtutes prima-
rum qualitatum: ut expositus nouus ait.

Quare aliquo quidem modo esse eadem
agens et patiens necesse est. Abodo pro alio
altera atque inuicem dissimilia.

Ex hac petitione infert propositus. d. quare aliquo
quidem modo esse eadem agens et patiens necesse est.
modo vero alio altera atque inuicem dissimilia. Et sic
actio et passio fiunt ratione similitudinis dissimilis:
vel dissimilitudinis similes ut accepit.

Quia vero et patiens et agens genere ea-

dem sunt: et similia. Specie vero dissimi-
lia: talia autem sunt contraria: manifestum
quod actiua et passiuua inuicem sunt: contraria
et media.

Ex data conclusione dat aliam: que ex dictis sic de-
ducitur. dissimilia specie: et genere similia sunt contra-
ria aut media. agens et patiens sunt genere similia:
specie differentia. igitur agens et patiens sunt contra-
ria aut et media. Quod dicitur patet. Sed ambigens:
quia videtur Aristotelem vsum esse in hoc circulo.
Nam probauit primo agens et patiens esse genere si-
milia et specie dissimilia. propter esse contraria: et me-
dia. At nunc contra propter esse genere similia specie
dissimilia probat ea esse contraria et media. Et sic est
vltus syllogisticus conuersionis. ut dixit primo poste-
riorum. et secundo priorum. Dicitur potest circulum
non esse: nisi in eadem specie syllogismi: ut quando
ambo sunt demonstratiui: ut dicit Themistius. No-
do dum probauit agens et patiens esse genere similia
specie dissimilia: demonstratione vsum fuit. At contra-
rium infert propter ea esse genere similia specie dissi-
milia: quod sint contraria et media. syllogisticum tamen pces-
sit. non autem demonstratiue. Propterea statim subiun-
git rationes ad hoc sufficientes. Et sic non commisit cir-
culum. que dicitur patet.

Etenim vniuersaliter corruptio et genera-
tio in his sunt.

Conuersionem dictam sic syllogizat. generatio et
corruptio sunt in contrariis et medijs. agens generat:
patiens corrumpitur. igitur agens et patiens in con-
trariis sunt et medijs. De ratione accepit maiorem tan-
tum. et sermo patet.

Ideoque rationale est iam ignem ipsum
calefacere: atque frigus frigefacere: et vni-
uersaliter actiuus sibi ipsi assimilare patiens.
Nam agens et patiens contraria sunt. et ge-
neratio in contrarium est. quare necesse est
patiens in agens transmutari. Nam sic erit
in contrarium generatio.

Dactenus quod actio et passio non ratione similitudi-
nis sunt. nonque ratione dissimilitudinis. sed ratione
similitudinis dissimilis esse declarauit. nunc quod actio
ipsa principaliter ratione similitudinis fiat: et passio
ratione dissimilitudinis. declarat ex dictis. d. Ideo-
que rationale est iam: ignem ipsum calefacere: atque
frigus frigefacere: et vniuersaliter actiuum sibi ipsi
assimilare patiens: et sic actio ratione fit similitudi-
nis. Quod vero passio ratione dissimilitudinis. declarat
d. nam agens et patiens contraria sunt. Et generatio
in contrarium est: veluti in id in quod conuertitur. qua-
re necesse est patiens in agens transmutari. Nam sic
erit in contrarium generatio. igitur patitur vniuersumque
principaliter propter dissimilitudinem.

Itaque et secundum sermonem non eadem dicen-
tes: oportet ambos similiter eandem tange-
re naturam. Dicimus enim pati interdum
quidem subiectum: ut sanari homines. Et
calefieri et frigefieri: et cetera eodem mo-
do. Interdum vero calefieri quidem frigi-

L. c. cxliij.

du: plebra

Solu:

L. c. cxliij.

L. c. cxly.

dem. frigefieri calidus: quae ambo sunt ve-
ra. Eodem autem modo et in agente. In-
terdum quidem enim hominem dicimus
calefacere: interdum vero calidum. Nam
ut materia quidem est pati. Et vero contra-
rium: est agere.

Dis determinatis ad sermones antiquorum veri-
ficados conuertitur. Et primo accipit quod antiqui ser-
mone differunt: pro quanto aliqui dixerunt vnum co-
trarium alij aliud. Conueniunt autem vel coguntur co-
uenire in re: quia ambo tangunt hoc commune natura-
licz alio modo. nam alij formam: alij materiaz inspe-
xerunt. Inquit. Itaque et secundum sermonem non eadem: im-
mo diuersa dicentes subaudi in codice greco: oportet
ambos similiter tangere naturam. subaudi in greco
eandem: saltem secundum genus. Ad huius conuenientie de-
clarationem permittit distinctionem et causaz distin-
ctionis. d. Dicimus enim pati interdum quidem subie-
ctum ut sanari hominem: et calefieri et frigefieri: et ce-
tera eodem modo. Interdum calefieri quidem frigi-
dum: frigefieri calidum: que ambo sunt vera ratione
diuersa: ut dicit. Eodem autem modo et in agente. In-
terdum quidem enim homines dicimus calefacere.
Interdum vero calidum. Causaz huius distinctionis
affert. d. nam ut materia quidem est pati: subaudi pri-
mo et per se. Ut vero contrarius: subaudi in greco co-
dice est agere primo et per se. Et sic materie per se est
pati: cuiuslibet ut materia participat. Contrary et for-
me agere: et cuiuslibet ut forma et contrarietate partici-
pat. Hec est distinctio: et causa distinctionis.

Respicentes quidem igitur in illud: oportet
agens et patiens habere se ut idem asse-
uerauerunt. In altera vero: contra.

Unde dissensus inter hos emerit: apponit: volens
illos dixisse simile pati a simili: respicientes materia-
m. que vna est et eadem in agente et patiente. Illos ve-
ro dissimile a dissimili respicientes contrarium siue
formam. conueniunt tamen quia primi tangentes ma-
teriam: et alij formam: ambo tangunt ratione quadam
generalis naturam: cuius natura dicatur de materia et for-
ma. Itemque conueniunt: quia tam subiecto siue mate-
rie: que forme siue contrario competit agere et pati. Ve-
rus ignorantes differentiam inter per se: et per accidens:
in hos errores deuenere. qualis possit esse antiquorum
verificatio: nunc patet.

Eodem autem modo de actione passio-
neque ipsa agendum est: quo quidem et de
motu et motione. Nam et mouens ipsum
dupliciter dicitur. In quo enim est motus
principius: hoc mouere videtur. Principius
enim est causarum primus. Rursus et pro-
ximus mobili et generationi. Similiter autem
de agente. Dicimus enim et medicum sa-
nare: et vinum.

Volens Aristoteles declarare ordinem in agenti-
bus: accipit distinctiones agentium. et vult quod vti mo-
uens est duplex. primum quidem. vnde est omnis mo-
tus principius: principius dico: quod est causa causarum.
est et mouens proximus ipsi moto: et ipsi generationi:
sic agens duplex est. primum et proximum. primum qui

dem in curatioe ipsa medicus est. vnde curatiois mo-
tus principium. Proximus vero vinum est maxime
in cura casus virtutis: qua sincipim vocat. An-
maduerte quod verba illa de motu et motione grece sunt
cineisthe: et cinin: hoc est de moueri et mouere: que cum
latina non sint: transluli pro moueri motu: pro moue-
re motione. Itemque verbum illud proximum grece
est esebaton latine vltimus: quo in sensu non esset ita
clarum: ideo transluli proximum. reliquum patet per se ipsa.

Primum quidem igitur mouens: nihil pro-
hibet: in motu immobile esse. In quibusdam
autem est et necessarium. nam proximus in
mouendo mouetur. In agente quoque pri-
mum quidem impassibile est. Proximum ve-
ro ipsum est et passibile.

Nunc ordinem concludit in agentibus: et vult esse
ita in agentibus: ut mouentibus. Nam ut primum mo-
uens in mouendo non mouetur. Et proximum mo-
uens in mouendo mouetur. Sic primum agens in age-
do non patitur. proximum vero agendo patitur. In-
lud verbis naz: grece est de: sed transluli sic. quia gre-
ca series illud exposcit. Itemque verbum illud quoque:
similiter grece est de: sensus tamen est ille.

Quaecumque enim eandem non habent ma-
teriaz: impassibilia existentia agunt. ut me-
dicinalis. Ipsa enim sanitatem agens: nihil
patitur eo ab ipso: qui curatus est. At ciba-
rium agens: ipsum quoque patitur aliquid.
Aut enim calefit: aut in frigidatur: aut tale
aliud simul agens patitur. Est autem medi-
cinalis quidem veluti principium. Cibarium
vero proximum ac contiguum.

Latini litterarum grecarum ignari textum hunc:
quemadmodum et ceteros peruertunt: scpe enim quod
in textu est conclusio: apud ipsos fit premissa: quod
petitio interdum faciunt conclusionem. vnde ita co-
torquent Aristotelem: ut non expositores dici me-
reantur. sed perueriores. Videtur igitur Aristoteles
probare syllogismo: que proxime dixit. ut etiam Auer-
roes: et si barbarus sit: in paraphrasi sentit. et sic com-
ponitur. agentia passiuua conueniunt in materia cum
passis. primum mouens et primum agens cum passis
in materia non conueniunt. igitur agendo vel moue-
do impassibilia sunt. Aut sic. quecumque non habent ma-
teriam communem: impassibilia agunt. sed primum mo-
uens ac primum agens communem non habent mate-
riam. igitur impassibilia agunt. Itemque secundus syl-
logismus de proximis agentibus sic componitur: que-
cumque materia communem habent passibilia agunt. pro-
xima mouens et agens communes habent materia. igitur
passibilia agunt. De prima ratione tangit maiores
d. Quocumque enim eandem non habent materia im-
passibilia existentia agunt. hoc erat maior. qua exem-
plo probat. d. ut medicinalis. vs. ars. Ipsa enim sani-
tatem agens: nihil patitur eo ab ipso qui curatus est.
Deinde tangens vim syllogismi de primis agentibus
inquit. at cibarium agens: ipsum quoque patitur aliquid.
Aut enim calefit aut in frigidatur. aut tale aliud simul
agens patitur. Ex hoc vult habere hanc maiorem. vs.
omne agens conueniens in materia cum passio agens
patitur. Et quia accepit medicinam loco agentis pri-
E 4

L. c. cxliij.

L. c. d.

Contra ig-
ros greca

mi. Et cibarium loco agentis primi: verificat exem-
plum. d. Est autem ars medicinalis quidem: veluti prin-
cipium primum. Libarium vero proximum ac conti-
guum. Et sic per loci presentis expositio. ¶ Animad-
uertere ut ex paraphrasi Auerrois colligitur quod medi-
cina differt genere materie a sanitate. nam materia
sanitatis sunt humores. Et materia medicinarum est ani-
ma medici. Unum vero cum sanitate conuenit in ma-
teria: pro quanto est quoddam humidum aptum con-
uertere in humores.

Quaecumque quidem igitur in materia non
habent formam: haec quidem actiua sunt
impassibilia. Quaecumque vero in materia.
haec passiuua sunt.

Lc. cli. ¶ Nunc aliam videtur afferre conclusionem: verum haec
vniuersalior est ea quam proxime adiecit. Nam vlti-
mo concludit quod quaecumque in materia non habent formam. haec sunt
actiua impassibilia. Contra vero quaecumque in materia habent
formam. haec omnia subaudi passiuua sunt. Ecce quo mo-
do haec conclusio vniuersalior est.

Materia quidem enim dicimus simili-
ter ut ita dicam eandem esse quorūlibet op-
positorum veluti genus existens. At possi-
bile calefieri: id est quod presente et appropi-
mato calido: necessario calefit.

Lc. cli. ¶ Quidam non fecerunt differentiam inter materiam communem
et materiam proximam. et sic credidere agenti et patienti esse
materiam vnam proximam communem. Exponit igitur se et quid
per materiam communem: quidue per proximam intelligat. de
clarat. d. Materiam quidem enim dicimus similiter ut ita
dicam eandem esse quorūlibet oppositorum veluti ge-
nus existens. Et sic materia communis est vti genus: ut dicit Auer-
roes. xv. metaphysicorum. cōmēto. xlii. et primo metaphy-
sicorum. cōmēto. xvii. At possibile calefieri hoc est materia
proxima: id est quod presente et appropiato calido siue
agente: necessario calefit siue patitur. accipit calefacti-
bile loco cuiuslibet materiae proximae. Hanc doctrinam posuit
Auerroes in. vii. metaphysicorum quod materia communis est: quae in-
diget pluribus motoribus: ut exeat in actum. At ma-
teria proxima vno tantum. Sic igitur oportet agens quod
patitur conuenire in materia cum passio: non quidem pro-
xima: sed communi ac generica.

Ideo vbi dicitur est: actiuorum haec qui-
dem impassibilia sunt. Illa vero passibilia.
atque sicuti in motu: eodem modo et in acti-
onis se habet. Abouens enim primitus immobile
est. Et in actiuis agens primum impassibile est.

Lc. clii. ¶ Repetit conclusionem: quam dixit de ordine agentium
et mouentium: et quae dicitur patent.

Est autem causa actiua: ut vnde motus
principium. Cuius vero gratia: non actiua.
Ideo sanitas non actiua est: nisi secundum similitu-
dinem. Etenim dum patiens est aliquo agen-
te: fit aliquid quidem. At habitibus presen-
tibus nihil fit: sed est iam. Spes vero et per-
fectiones habitus quidam sunt. Materia ve-
ro quatenus materia: passiuum quid.

Lc. clii. ¶ Volens Aristoteles ponere doctrinam inter agens se-
paratum a materia: et concretum cum materia: praemittit diuisio-

nem quatuor causarum. Sunt enim quatuor causa: ut agens
et finis forma materia. sed quae apud quosdam finis videtur
esse agens: inter finem et agens ponit differentias. Pri-
ma. agens est vere principium motus. Finis vero figura-
liter mouet. Secunda. agens est principium motus. finis est
terminus motus. Nam dum patiens est: et agens sibi ap-
plicatum: actio est et passio. At habitibus et finibus presen-
tibus in materia nihil fit: sed est iam. igitur finis est termi-
nus motus. species siue formae et perfectiones sunt ha-
bitus quidam materiae. Nam vero quatenus materia: passiuum
quoddam. haec de quatuor causis.

¶ Ignis quidem igitur habet in materia cali-
dum. At si fit quoddam separatum calidum:
hoc vti quod nihil patitur. hoc quidem forsitan
separatum esse impossibile est. Verum si ali-
qua talia sunt: in illis verum erit quod dictum
est. quid quidem igitur actio et passio sunt:
quibusue existant: propter quid quoque: ac quo
modo determinentur hoc modo.

Lc. cli. ¶ Nunc differentiam colligit inter agens separatum et con-
cretum: et vult agens separatum nullatenus in agendo pati.
At concretum contra agendo patitur. Haec in exemplo
de calido exponit. d. Ignis quidem igitur. subaudi finis rei
veritatez habet calidum: hoc est formam in materia. ac-
cepit proprium loco formae: quae forma latet. non ut Alexan-
der credit calidum est forma ignis. Et sic reuera ignis
formam habet in materia. at si fit: per casum: quoddam separa-
tum calidum. hoc vti quod nihil patitur. et quasi corrigens
se: adiecit hoc quidem forsitan separatum esse impossi-
bile est. Verum si aliqua talia sunt: ut intelligentia. in
illis verum erit quod dictum est. vbi agendo non patitur.
quasi igitur arguat si agens est separatum: agendo non
patitur. sed sunt agentia separata. igitur illa agendo
non patiuntur. Tunc patet per contrarium: quod agentia
concreta agendo patiuntur. ¶ Animaduerte apud
Auerroem in libro de suba orbis. quod primum mouens et
primum agens: quod primum alterans vocat. Lueniunt
primo quod ambo agunt non passibilia. Secundo quod am-
bo agunt primo et independenter. At differunt. nam pri-
mum mouens nulla specie motus mouetur. At primum
agens saltem latere circumfertur. Secundo. primum
mouens nec est corpus nec virtus in corpore. At pri-
mum agens est corpus: ut celum virtute solis: quae est
eius praecipua pars. Causa differentiae est: quod mouere
est vniuersalis quodammodo operatio: cum de opera-
tionibus solus motus possit esse aeternus: non a certo te-
pore: nec a certo loco non certis qualitibus. At actio
et passio cum sint alterationes: alteratio vero sit ope-
ratio particularis ac signata. illa ab incorporeo vni-
uersali per essentiam praecedit. haec a corporeo et particu-
lari praecedere debet. Itemque alteratio praesupponit motum
localem. igitur primum alterans potest esse motus localiter.
At primum mouens immobile penitus. Tunc epilogat. d.
quid quidem igitur actio et passio sit: quoniam alteratio-
nes: quibusue existant: quoniam in similibus dissimi-
libus. propter quid quoque: quod propter materiam et formas
et quomodo: quod cum reciprocatioe actionis et reactio-
nis sit determinatum hoc modo.

¶ Quo modo non possit hoc accidere: rur-
sus repetamus. quibusdam quidem igitur vi-
detur pati vnum quodque quotiens per meatum
quosdam: agens ipsum principale ac proxi-

num penetraverit. quo est modo: et videre
et audire. insuperque ceteros omnes per sen-
sus nos sentire inquirunt. quo etiam visio-
nem fieri et per aerem: et aquam. atque per
spicua dicunt eo. vbi quod meatus habet pro-
pter paruitatem quidem inuisiles. propter
turmam vero et densos: et quoniam magis transpareret

Lc. cli. ¶ De actione et passione quatuor problemata siue que-
sita terminauit: ut in epologo patuit: nunc vero de me-
dio agendi: ac patiendi dicere proponit. vnde ait Quo
modo vero possit hoc accidere rursus dicamus. siue re-
petamus: haec est intentio. Tunc primo narrat positionem
Empedoclis: qui voluit actionem et passionem fieri per
meatus quosdam reptos in passio: qui graece potest di-
cuntur. Inquit. quibusdam quidem igitur videtur pati vnum.
quodque quotiens per meatus quosdam: agens ipsum
principale ac proximum penetraverit: et sic medium
actionum ac passionum meatus sunt patientis corpo-
ris: vbi penetraverit: graece est eisthotos: latine intran-
te: siue ingrediens: eiseimi enim graece. intro latine est: ve-
rus ut clarius esset: transstuli penetraverit. Subscribit
per eiusmodi meatus eos dixisse non modo passiones ef-
ficere: sed sensationes. et transparentias. propterea inquit.
quo modo. vbi et videre. et audire. insuperque ceteros omnes per
sensus nos sentire inquirunt. et sic medium sensationum
meatus esse finerunt. Idem et in transparentibus addi-
dere quod subscribit. d. quo etiam fieri visionem et per
aerem et aquam: atque per cuncta perspicua. subaudi in
graeco dicunt: et sic medium transparentium meatus sunt:
quod vero per aerem et aquam et cetera id genus transpa-
rentia magis fiat: dupliciter declarat primo dicens. eo
vbi quod meatus habent propter paruitatem quidem in-
uisiles. propter turmam ac multitudinem et densos. ver-
bus turmam graece est stichon: nam stichos graece. lati-
ne est turma: acies: ordo: ego transstuli turmas. ut op-
positum paruitati. Secundo idem declarat. d. et quo-
niam magis transparentia: nam illa corpora sunt mag-
gis perspicua ceteris. Sunt qui ex his formant rationem
pro positione antiquorum: quod eo modo fit actio et pas-
sio reales: quo et intentionales: sed actiones intentio-
nales fiunt per meatus: igitur et reales: minor est de-
clarata in sensationibus et transparentibus: res haec bo-
na est: tamen Aristotelis expositio est ut diximus.

¶ Quibusdam quidem igitur ita in quibusdam que-
admodum et Empedocles assignauerunt:
non tantum in actionibus et passionibus: sed
etiam ea misceri aiunt: quorūcūque meatus in-
uicem commensurantur.

Lc. clii. ¶ Quod etiam in mixtione dixerunt obiter adiecit: ut de
alijs addidit. Inquit. hi quidem igitur ita in quibus-
dam quemadmodum et Empedocles assignauerunt: non
tantum in actionibus et passionibus: sed etiam ea mi-
sceri aiunt: quorūcūque meatus inuicem proportio-
nales sunt. ¶ Animaduerte meatus esse proportio-
nales: siue commensurabiles: quando equi quati sunt:
nam tunc actio et reactio: passioque etiam equales fiunt:
quo fit: ut maxima inde emergat mixtura: quotiens
vero continentia inaequales fuerint: mixtura erit in-
firma: ac pauca. Haec de prima positione.

¶ De omnibus autem maxime compendio-
se et breui verbo Democritus et Leucip-

pus definiunt: id ipsum asserentes esse prin-
cipium: quod quidem est secundum naturam.

Lc. clii. ¶ Haec est secunda positio Democriti et Leucippi: qui
de agere et pati: generatione et corruptione: auctione et
iminatione: ac de alteratione: ceterisque motibus eo-
dem simplici definiunt verbo: effici enim generatio-
nem dixerunt: quotiens corpora minima indiuidua
de nouo congregantur: contra vero corruptionem: quod
do disgregantur: tunc vero alterationem: quando cor-
pora illa positura alternantur: et anteriora si poste-
riora fierent: aut e contra: qua ratione corpora ipsa phy-
sica pati aiunt: quando vel in minimis his alternan-
tur: vel per eorum congregationem: aut disgregatio-
nem transmutantur: actionem vero esse: quia haec sic
mutantur: et sic agere est aut illa congregare: siue dis-
gregare: aut illa euertere: pati contra est aut in illis eter-
ti: aut per illa congregata effici: et sic vna solutione sal-
uant omnes motus: quae dicitur patent. Vocat Aristote-
les more Democriti minimum corpus indiuiduum
principium secundum naturam: quia eo etiam fiunt natura-
les generatio et corruptio: itemque est ut materia: quae
proprie est natura.

¶ Antiquorum sane quibusdam visum erat
de necessitate ens vnum esse: et immobile.

Lc. cli. ¶ Nunc ut omnes sentiant positionem narrat antiquo-
rum philosophorum: Parmenidis. vbi et Dellissii: qui negaue-
runt entium distinctionem: et omnia entia mundi po-
suerunt vnum ens et immobile: et sic negant motum: et
actionem et passionem: et ceteros id genus: et sic apud
eos ociosa est questio: de medio agendi: siue patendi: quoniam
quidem nec sit actio nec passio: nec motus aliquid: ver-
bum visum erat graece est edoxe: quod cum id sonet
latine: transstuli visum erat.

¶ Nam vacuum quidem nihil est: plenum
enim tantum existit: potest autem moueri ni-
hil: nisi vacuum separatum sit.

Lc. cli. ¶ Pro illa positione arguit. si aliquid mouetur: oportet va-
cuum esse separatum a pleno. non enim potest corpus mo-
ueri in pleno: quod tunc esse penetratio. destruitur. d. si
vacuum non est: igitur nihil mouetur: de ratione primo ponit ob-
structionem persequens. d. nam vacuum quidem nihil est: ple-
num enim tantum existit: quod nihil non plenum existit: tunc
ponit enthymema. d. potest autem moueri nihil: nisi vacuum
separatum a pleno sit: haec res quarto auscultationis
physicorum disputata est: ideo nunc satis.

¶ Itemque plura non sunt: cum non sit di-
stinguens.

Lc. cli. ¶ Secundo arguit. entia non sunt plura: igitur motus non est:
tenet enthymema: quod motus supponit distinctionem
inter mouens et motum: et inter terminum a quo: et termi-
num ad quem: assis probat. quod ablata causa distinctionis: auferretur
distinctio: sed distinctionis causa est vacuum: quod tantum res
sunt vnum: quod diu inter eas nulla est vacuitas. quare
si vacuum non est: nec distinctio erit. quare omnia erunt
vnum: quod erat antecedens.

¶ Refert autem hoc nihil: si quis putet non
continuum esse omne: sed sectum contigu-
um: apparentibus pluribus: et vacuum ni-
hil esse.

Lc. cli. ¶ Soluet forte quispiam quod vniuersum ipsum est con-
tiguum sectum: non autem continuum: et hoc quod mul-
ta videntur esse. contra obicit: quia si vacuum non

est: tatum est vniuersum esse contiguum: quantum continuum in re ipsa: licz voce differunt: et hoc quia: depro vacuo: aufertur causa distinctionis: et sic ad huc stat argumentum.

Si quidem enim vndiqz diuisum sit: nihil erit vnum: quare nec plura: sed vacuum erit totum: at si parte quidem sic: parte vero non: figmento simile videbitur: ad quantum enim vsqz et propter quid: ipsius totus hoc quidem sic se habet: et plenum est: illud vero diuisum.

Contra responsonem datam obicit: quia aut vniuersum ipsum est vndiqz diuisum: aut nihil alicubi est diuisum: aut parte aliqua diuisum: parte aliqua non diuisum: si vndiqz diuisum: nihil erit vnum: quia si alicubi vnum: non vndiqz diuisum. Si non est eius aliquod vnum: nec plura erunt: nam plura sunt vni et vnum: si non plura: omne erit vacuum: quia nec vnum: nec plura: at si nullibi diuisum: totum erit plenum: et vnum: et habetur intentum. Si parte quidem vnum sit: parte diuisum: hoc videtur voluntarium: quia nulla est causa: quare hoc sit vnum et plenum. Illud diuisum et vacuum: et sic de ratione destruit primum: et tertium datum: pretermittit autem scdm: quia est per se manifestum. Animaduertendus qd omne quod grece pan dicitur: totum quod etia apud eos olon: et ens: quod grece on dicitur: et vniuersus siue mundus: siue omnia entia: siue aggregatus ex omnibus multiuoca sunt: apud Parmenides et mellissus idem importantia: et cum crediderit distinctiones rerum esse interuallum rei a re: interuallus vero cenon siue vacuus quod idam videtur: subtrahentes ab vniuerso vacuum: subtraxerunt: et interuallum: et inde distinctionem: quo fit vt omnia vnum plenum esse ens et immobile: qua rez latius alibi Aristoteles distingit.

Adhuc autem similiter apparente: necessarium erit motum non esse.

Dici possunt duo ad argumentus: vel qd omnia sint plena: similiter vel quod omnia vacua: contra arguit. Adhuc autem similiter apparente vniuerso: aut qd totum plenum: aut qd totum vacuum: necessarium erit non esse motum. Si plenum quidem: patet qd non: aliter penetratio esset. si vacuu sit omne: tunc nec erit mouens: nec motum: quia vacuum oes: et sic nec motus: hoc mihi videtur de textu. tu vero considera.

Ex ijs quidem igitur rationibus tamqz rationem sequi deceat: quidam dicunt omne vnum esse et immobile ac infinitum: nam finitum in vacuum finiri putant. Ibi quidem igitur ita: et has ob causas de veritate protulerunt.

Epylogat. d. ex ijs quidem igitur rationibus: tamqz rationem sequi deceat quidam dicunt omne siue vniuersum vnum esse: et immobile: ac infinitum: cuius additionis causam subscribit. d. nam finitum in vacuum finiri putant. Hec illi de veritate.

Quoniam vero in verbis haec accidere videntur: in rebus vero dementiae simile est ita credere: nullus enim demens adeo delirare potest: vt ignem et glaciem vnum

esse censeat. Sed ob consuetudinem solum quae apparent: bona esse dicent: haec in quibusdam ob dementia: nihil differre videntur.

Nunc contra banc positionem nihil arguit: sed solum tamqz insanam contendit. d. Quonia vero in verbis haec accidere videntur: quae dicunt. In rebus vero ita credere est simile dementiae: tunc lege suspensive sic: nullus enim demens adeo delirare potest subaudi: vt ignem et glaciem vnum esse censeat: sed ob consuetudinem solum quae apparent bona et non sunt: dicent supple bona esse: nam luxuriosus ob consuetudinem luxurie luxuriam: quae est apparens bonum: dicitur bonus esse simpliciter: vinosus ob consuetudinem: dicitur bibere bonus simpliciter esse. Sic igitur nemo putabit vnum diuersum esse ides alteri: nisi paruos qd si ita est: tunc haec in quibusdam ob dementia nihil differre videntur. Sic igitur hac oblocutione spernit positionem illorum.

Leucippus autem reputatur habere rationes: quae ad sensum conformia dicentes: neqz generationem tollunt: neqz corruptionem: neqz motum: neqz entium multitudinem: profitebatur autem haec quidem: quibusdam apparentibus: vnum tamen constituentibus: ac si motus minime sit absqz vacuo: et vacuum ipsum non ens: taleqz non ens nihil ipsius entis esse dicit. Nam quod principaliter ens est: plenum est: licz neqz tale vnum sit. Immo multitudine infinita: paruitate quoqz molis inuisibilia: feruntur aut rez haec in vacuo: nam vacuu est: quaeqz constantia generatione faciunt: disuncta vero: corruptionem. actione quoqz et passionem quatenus contigua sunt: quia ratione non vnum sunt.

Labozau. textum hunc ad linguam nostram reducere: et yrinam ipsius sensum verum perceperim: vbi enim greecam seriem seruassim: textum istum in latinum versum: non fecissem intelligibiles: vt vero singulum verbis pateat: dicamus qd Aristoteles comparat positionem Leucippi ad illam Parmenides et Mellissi: et narrat omnia: quae Leucippus asseruit: quibus expositis: patet quantum differt positio Leucippi ab illa Empedoclis. Inquit. Leucippus autem reputatur habere rationes: quae ad sensum conformia dicentes: neqz generationem tollunt: neqz corruptionem: neqz motum: neqz entium multitudinem. Subaudi tu. Sed contra haec dicunt Parmenides et Mellissus: qui sermones tales asserunt: vt p ipsos sensibz aduerferent: et motus eos oes cogenz negare. Hec est prima differentia. vbum illud coformia. grece est omologumena: latine pfecta: siue cofitentia: clarius conformia. Deinde sequendo positionem illius: ponit fundamentu: quo haec et alia dixit. Ubi aduertendu Leucippus posuisse corpora indiuidua: qd grece atboma: siue indiuidua latine: siue mima dicunt: haecqz appere mota in vacuo: quod esse profitetur vt saluet motum: quae compositione et dissolutione generat et corrumpunt. Inquit. profitebatur autem haec quibusdam apv

Lo. clxvi.

Lo. clxvii.

parentibus. vs. atbomis quae in vacuo moueri videntur: vnum tamen constituentibus: nam congregatio ne vnum agunt: segregatione multitudines: quia haec moueri in vacuo Leucippus dixit: asserit nunc Aristoteles quasi causam. d. ac si motus minime sit absqz vacuo: vel iuxta grecum: tamqz motum non existentem absqz vacuo profiteatur subaudi. Hec de atbomis. Quale vacuum apud illuz sit: subscribit. d. et vacuum ipsum non ens: taleqz non ens nihil ipsius entis esse dicit. Sic igitur vacuum nec est ens: nec pars entis: exponit quid vocant ens. d. naz quod principaliter ens est: plenum est: et sic vacuum ad hunc sensum ait non esse ens: nec partem entis: pro quanto nec est plenum: nec pars pleni: quod pmarie ens dicitur. ecce secundaz differentia: qd vs Leucippus ponit atboma moueri: sed in vacuo: credens motum effici non posse: nisi in vacuo: quod etiam Parmenides ait. tuc quale plenum illud hoc est quae atboma illa sint: quae plenu esse tantuz asserit: exponit. d. licz. vel iuxta grecum: sed esse tale non vnum: subaudi dicit: ego transuli licz tale non vnum sit: vt. vs. lectio facilius cape retur: imo vel sed multitudine infinita: paruitate molis siue magnitudinum inuisibilia: haec autem in vacuo ferri subaudi dicit: aut vt transuli: haec autem feruntur in vacuo. Vacuus enim esse subaudi dicit: vel vt transuli: nam vacuus est: et dicit supple constantia ac congregata facere generationem: dissoluta vero corruptionem: vt sermo clarioz esset sic fecit: quaeqz constantia generationem faciunt disuncta corruptione: sic igitur apud Leucippu omne quod est aut plenu: aut vacuum est: totum est vacuum pter atboma: aut pter facta ex eis. Nam congregatione plenum fit ex plenis. dissolutione plenum in plena dissoluitur: et in vacuo mouentur: deinde quo modo actio et passio fiant: subdit. d. actionem quoqz et passionem dici effici ab illis quatenus contigua sunt: quia ratione non vnum sunt: grece sic est: agere autem et pati: quatenus sunt contigua: sic enim non vnum esse subaudi dicit. Ecce igitur tertio quo mo Leucippus concedit actionem et passionem: differt igitur Leucippus a Parmenide in tribus. primo quia processit rationibus sensibus conformibus: quod non fecit Parmenides. Secundo quia diuisit ens in plenum et vacuum: dices totum esse plenum pter atboma: et pter ea: quae ex illis sunt: addens plena illa moueri in vacuo. Tertio quia saluauit generationem et corruptionem: et actionem et passionem: quas non saluat Parmenides: volui hunc textum sic exponere: propter difficultatem maximam: et tu si melius sentis: scribas.

Et licet composita et combinata generet dicat: non tamen ex vno sim veritatem: plura generari nec contra ex vere pluribz vni: sed illud impossibile esse profitetur. Immo quemadmodum Empedocles: et alij quidam dicunt per meatus passionem effici: sic alterationem omnes: omnemqz passionem per vacuum fieri hoc modo dissolutione et corruptione factis. Similiter autem auctionem quibusdam subeuntibus.

Haec batenus de positione Democriti: nunc quale sit genitum: qualeue mixtum: explicat. d. et licz composita combinata generare subaudi in greco dicat:

non tamen ex vno sim veritatem: plura generari: nec contra ex vere pluribus vnum: sed illud impossibile esse subaudi in greco profitetur: ex vno quidem non plura fiunt: quia ex indiuiduo et minimo non potest per diuisionem effici multitudo. Ex pluribus vero vnum non potest esse: quia resultans congregatione vnum erit. Immo quemadmodum Empedocles: et alij quidam dicunt per meatus passionem effici: sic Leucippus dicit fieri omnem alterationem: omnemqz passionem per vacuum: hoc modo. vs. dissolutione et corruptione facta. Similiter autem auctionem quibusdam subeuntibus. Animaduerte qd Empedocles ait alterationem: passionem: et auctionem per meatus ipsos effici: posuit enim agens ingredi poros siue meatus: et alterare augere: et diminuere: quo etiam modo Leucippus ait generationem et corruptionem effici per vacuum: hoc est facta dissolutione et corruptione in vacuo. Similiter auctionem per vacuum effici dicit: cum corpora atboma subingredi vacua profitebatur: et sic eiusmodi positiones affines sunt.

Empedocli itaqz fere necessarium est dicere: quemadmodum Leucippus ait: esse enim solida: indiuidua tamen nisi vbiqz meatus sint continui: quod impossibile est: nihil enim solidum esset pter meatus ipsos. Immo vacuum omne: necesse igitur erit indiuidua ipsa contigua quidem esse: media vero eorum vacua: quos ille meatus vocat. Sic itaqz Leucippus et de actione: et passione scribit.

Declarauit Leucippum cogi dicere de vacuo: quae dixit Empedocles: nunc contra declarat Empedocle cogi dicere indiuidua solida: quae ponit Leucippus: quasi sit agens inter meatus: quos concessit Empedocles: vel interponit solida ligamenta: aut nihil. Si nihil totum erit vacuum: si aliqua: tunc habetur positus: quae dicit patet. Animaduerte tamen: qd haec non dicit Empedocles: sed cogitur dicere: ppter rea dixit fere necessarium est et.

Abodi quidem igitur per quos haec quidem agunt: illa vero patiuntur: fere tot dicuntur: et de his quomodo dicunt. patet.

Nunc epylogat: dixit tamen tot esse fere: quia forte plures alij sunt: et minus famosi: qui non erant digni mentione.

Et ad eorum positiones: quibus vtuntur fere illud videtur contingens: alijs vero minus: veluti Empedocli corruptio et alteratio non patet. Naz ijs corpora indiuidua erant prima corporuz figura differentia tantum: ex quibus primum generantur: et in quae vltimo dissoluntur. Empedocli autem alia quidem patet: qd vsqz ad elementa habent generationem et corruptione: ipsorum autem talium: quo modo generetur et corrumpat coadunata magnitudo: neqz manifestum: neqz sibi competit dicere: non dicenti etiam ipsius ignis elementum esse.

Lo. clxix.

Lo. clxx.

Lo. clxxi.

L5. clyxi. **C**Leucippus quantum ad ea: que clare dicit. illud contingens. v3. q. motus omnis sit: concedit. at Empedocles: quantum ad ea: que explicite protulit: non dicit illud contingens: sed bene sequitur. et sic Aristoteles quasi videtur inter eos differentiam quandam colligere. Hoc proponit. d. et ad eorum. f. Leucippi et Democriti positiones: quibus explicite videntur: illud fere videtur contingens: quod dictum est: dixit fere: quia etiam ipse adicit quendam que non explicavit Democritus: vel dixit fere: quia plura alia sequuntur. Alijs vero illud contingens videtur minus: veluti Empedocli corruptio et alteratio non patent. Cuius rei explanationem subscribit. d. nam vs Democriticus et Leucippicus corpora indiuidua erant prima corporum figura tantum differentia: ex quibus omnia primum generantur: et in que ultimo dissoluntur. Empedocli autem q. alia habeant generationem et corruptionem exceptis elementis: patet. ipsorum autem elementorum talium: quomodo generantur: et corruptantur coadunata magnitudo: neq. manifestus: neq. sibi competit dicere nisi asserat ipsi is ignis esse elementum: et ceterorum similiter. Sic igitur Leucippus et Democritus manifeste potest omnium assignare causam: nam omne ens vel est factum ab atomis: aut atoma ingenerabilia: at Empedocles et si saluet generationem mixtorum: generationem elementorum non videt saluare: nisi aut dicat illorum esse elementa: aut non generari contra sensum.

CSimiliter autem et aliorum omnium veluti in timaeo scripsit plato.

L5. clyxii. **C**Potest legi sic. similiter autem et aliorum omnium hoc est ceterorum elementorum: non posuit principia priora: et sic non potuit saluare ipsorum generationem veluti Plato ipsorum generationem scripsit in timaeo: saluans illam per reductionem ad planities et indiuidua: quibus in verbis recentiores colligunt inter Platonem et Democritum conuenientiam: nam ambo elementa ex indiuiduis fieri et ad indiuidua resoluunt concedunt.

CDiffert enim adeo ut cum Leucippo eodem non dicat modo. Nam ille quidem ipsa indiuidua dicit corpora esse. hic vero planities. Et ille constitui ait vnumquodq. figuris indiuiduorum corporum infinitis. hic autem finitis. Nam et ambo dicunt indiuidua ipsa figuris terminari: ex quibus iam generationes et corruptiones sunt. Leucippo quidem duo erant sane modi: et per vacuum: et per plenum. Nam ratione hac vnumquodq. diuisum erat. platonem autem per plenum solum: cum vacuum non esse dicat.

L5. clyxiii. **C**Quasi conuenientiam inter Leucippum et Platonem dedit: nunc quasi differentiam adicit: et ut Auerrois placet: tres sunt differentie. Prima q. indiuidua que grece dicuntur adicere apud Platonem sunt superficies: apud Leucippum corpora siue solida: quae grece dicuntur stera. Secunda q. figure quibus differunt indiuidua sunt finitae: apud Leucippum infinitae. Tertia q. Leucippus saluat generationem

et omnia vacuo et pleno: quia ex pleno cuncta fiunt: et ex vacuo differunt: at Plato vacuum negat: et plenum tantum concedit. illud quod dicit: ex quibus iam generationes et corruptiones sunt: ad indiuidua retulit: ex quibus propter differentias figurarum: sunt generationes et motus. Itemq. verbum illud plenum grece apbes est: latine tactus: sed apud nos sonat plenum: quod ideo apbes siue tactus dicitur: q. eo cuncte vacuitates colliguntur: cetera quae dicit: patent: nec oportet imorari: cum non sint multum de substantia rei.

CEt de indiuiduis planitiesbus diximus in prioribus rationibus: at de indiuiduis corporibus restat nunc aliquod accidens amplius quidem determinare.

CNunc quasi epilogando proponit de indiuiduis corporibus: quaedam transigere. Nam q. superficies non sint principia corporum naturalium. tertio celi. disputatum est satis. Quod etiam corpora indiuidua non sint: et hic: et alibi diximus: nunc vero de vs tantum dicamus prout nostro subseruit. pposito. v3. dato q. sint: vtrum possunt agere et pati: bene igitur dixit aliud quod accidens derelinqui pertractandus: quia actio et passio sunt passiones: et accidentia corporum.

CEt autem parum digredientes dicamus: esse necessarium dicere vnumquodq. indiuiduum non posse pati. Nam passionis actinum pati non potest: nisi per vacuum: quare neq. durum neq. frigidum esse poterit.

CNunc exequitur et ostendit primo q. ad positiones eorum sequitur indiuidua illa non pati: et non esse qualia: et arguit sic. omne quod patitur: ideo patitur: quia in se continet meatus: et vacuitates in quibus influentia actionis suscipitur. sed illa indiuidua non continent vacuum: neq. meatus: q. indiuidua sunt apud eos. igitur non patiuntur. quare neq. erunt qualia: vtpote neq. dura: neq. frigida: nec aliquid tale.

CAnimaduerte verbum illud: quare neq. grece sonare: neq. enim. Sed ego ad sensum transuli sic: vt esset illatum: quo modo etiam Auerroes in paraphrase sentit.

CAdhuc autem inconueniens erit circulari figurae calidum tantum praebere: nam et contrarium quod est frigidum: alicui alteri figurarum necesse est accommodare: sed erit inconueniens haec quidem existere. v3. caliditatem et frigiditatem: grauitatem autem et leuitatem: duritiem et mollicitem non esse. Immo grauius fm excessum vnumquodq. indiuiduorum Democritus ait esse. quare patet q. etiam calidius sit. Sed talia entia non pati adiuicem: impossibile est: vtpote a valde excellenti calido mite frigidum non pati inconueniens est.

CAd autem fm positionem suam sit dicendum oppositum: vt q. indiuidua agant: et patiantur: deducit. primo concedit Leucippus circulari figurae conuenire calidum: et sic concedit calidum: igitur concedem

L5. clyxiii.

L5. clyxv.

L5. clyxvi.

Parua autem et paruis iuxta posita miscentur magis: facile enim et magis inuicem conuertuntur. multum autem a multo tardius agit illud. **I**deo miscibilia ea diuisibilia et passiuorum sunt: quae bene terminabilia sunt: quando quidem illa facilius in parua diuidantur. Nam haec est eius quod bene determinabile est: ratio. ueluti corporum humida maxime miscibilia sunt: quia humidum eorum quae diuisibilia sunt: maxime bene terminabile est: nisi viscosum sit. facerent enim haec maiorem iam et ampliorum rem tumorem.

10. ccxv. **Q**uae sunt bene et facile miscibilia nunc declarat. dicitur quia autem et paruis iuxta posita: miscentur magis. cuius causam adducit. facile. nam et magis inuicem conuertuntur. multum enim a multo tardius agit illud: hoc est tardius conuertitur. nec obstat quod similis est proportio totius ad totum: et pars ad partem. nam non sunt cetera paria: quia quidem pars melius potest applicetur: quod totum totum. **E**x hoc in speciali declarat quod humidum est maxime miscibile: nisi sit yunctuosum: siue

viscosum: ut non expositor declarat: et recte. nam sic non misceretur: sed supernaret maiorem faciens amplitudinem et huiusmodi. bene terminabilia facilius miscibilia: humida bene terminabilia: ut secundo huiusmodi dicitur. igitur bene miscibilia sunt: accipit maiorem. d. ideo miscibilia ea diuisibilia et passiuorum sunt: quae bene terminabilia sunt: haec est maior: quia parat. d. quia quidem ea facilius in parua diuidantur. nam haec est eius quod bene determinabile est: ratio: siue esse siue definitio. bene. nam terminabile secundo huiusmodi describitur quod sit facile diuisibile. haec est maior: et eius declaratio. deinde sumit maiorem et conclusio: neque. d. ueluti corporum humida maxime miscibilia sunt: haec est conclusio. deinde minor addit. d. quia humidum eorum quae diuisibilia sunt: maxime bene terminabile est: cetera patet. et sic in generali quod sit facile miscibile accipitur: et in speciali quod sit humidum. haec latius in hoc declarabuntur.

Quando autem alterum tantum sit passiuum: aut ualde: alterum autem parum ualde: aut nihil amplius est mixtum ex ambobus: uel parum: quod quidem contingit circa stannum et aes. balbutiuntur enim quaedam entium inuicem et confunduntur.

Quae male miscibilia sunt: declarat et uult quod male proportionabilia sunt in passio: ut quod unum passiuum sit omnia uel multum: alter uel nihil: uel parum: haec male miscerentur: ueluti circa stannum: quod est ualde passiuum: et quod est parum passiuum. **H**oc declarat per simile in oratione. nam oratio est mixtura litterarum: modo in tali mixtura aliqua littera: per latioe excellunt alias: ut in balbutiente: et inde fit mala litterarum mixtura et confusio.

Aidentur namque aliquantulum et debiliter mixta: et alterum quidem ut susceptibile. alterum autem ut species: quod quidem et in his euenit. stannum enim ut passio quaedam eris: siue materia fere euanescent: et mixtum omnibus: tantum colorat. contingit uero hoc idem et in caeteris.

Crederet forsitan aliquis quod stannum et quod ea quae sic se habent: ut alter uel sume passiuum sit: alter uel sume impassiuum: nullatenus miscerentur: id declarat quod aliquantulum miscerentur: ut in mixtura stanni cum cre alter se habet ut for: stannum. uel quod autem materia et subum parat quod in eorum mixtura parat stanni restat: imo solus color: et multus eris. et ut dicit in his: in caeteris etiam idem spectari potest.

Perpicuum igitur ex his quae dicta sunt: et quid est mixtio: et quod sit: et propter quid est: et eorum quae sunt: qualia miscibilia sunt: quoniam sunt res quales quaedam eiusmodi: quae inuicem aptae sunt pati: beneque determinabiles: facileque diuisibiles: quas neque corrumpi est necesse dum miscentur: neque easdem simpliciter ad huc esse: quae praeparant. itaque nec mixturam esse compositionem earum: neque ad sensum. erit itaque miscibile quidem dum bene terminabile existens: passiuum fuerit ac actiuum: et miscibile tali. hoc est ad simile miscibile. mixtura uero unio est eorum quae alterata sunt.

Tria epiloga: primum circa mixturam absolute. d. perpicuum igitur ex his quae dicta sunt: et quod est mixtura: et quod sit mixtura: et propter quid est mixtura: haec quo ad mixturam in se. **E**piloga igitur circa miscibile. d. et propter quod eorum quae sunt: quia miscibilia sunt: quoniam sunt res quales quaedam eiusmodi: ut calidum de frigido: et id genus: quae inuicem aptae sunt pati: beneque terminabiles: facileque diuisibiles: quas neque corrumpi est necesse dum miscerentur: neque est necesse ad huc simpliciter esse: quae praeparant. haec quo ad mixturam ipsam. **E**piloga igitur quod ad mixturam in respectu. d. itaque nec est necesse mixturam esse eorum reque qualium proportionem: neque est necesse misceri ad sensum. haec quo ad mixturam in respectu. **T**unc conclusio dicitur libri. d. erit itaque miscibile quidem: dum bene terminabile existens: passiuum fuerit ac actiuum: et miscibile tali quale ipsum est: si est miscibile ad simile: non simpliciter: sed in genere. mixtura uero unio eorum quae alterata fuerunt. **D**ec est libri primum conclusio. **E**x his propter quod trans einta sunt miscibilia secundum omnes conditiones Aristotelem. et si quae miscibilia erunt: omnia esse uel einta: uel in uirtute elementorum misceri. **A**uerroes narrat hic ponere Auerroem: quae sectari uult: illa non refellit. et inquit. **E**t Auerroem in sermone suo super capitulum in sermone Aristotelem. uoluit dicere quod modus Aristotelem est quod miscibilia sunt in potetibus in mixtura: illa esse in suis essentibus: quas habent separata: et sic uoluit Auerroem quod einta remanent essentialiter in mixtura et secundum formas ac eorum essentibus: quas. uel habent in propriis sphaeris. **S**ed contra. quia Aristotelem dicit: mixtura esse in mixtura in potetibus et non in actu. **R**espondeo et dicit primum: quod essentia est potetia: quae einta potest multa. **D**icit igitur quod haec essentia quae est potetia: est einta in rebus: tam simplicibus quam mixtis caliditatis: et frigiditatis. qualitates. nam primum sequitur formas: sed qualitatibus passiuarum: ut siccitatis et humiditatis einta esse materia: quia materia est pati: sed de hoc alias. **S**ed contra haec ad huc obijciunt: quia potentia dicitur de potetibus passiuarum: et non de forma. **R**espondeo et alterius modi: quia analogice dicitur potentia: quae est praeparans hoc est passiuum: quae aliquod redditur habile ad recipiendum motum: et transmutationem. hoc est potetia dicitur equiuoce de potetibus passiuarum et de forma. et sic non male essentia et forma elementi uocatur potetia. **A**d huc contra: quia si elementa essent in mixtura et essentias. igitur non differunt esse elementi in mixtura: ab esse eius in sphaera propria. **R**espondeo et ista essentia saluatur in mixtura et franguntur siue remittuntur accidentia: et sic differunt elementum in mixtura: et a se in sphaera: quoniam in sphaera habet esse completum et perfectum ac intentum in essentia et qualitatibus. ac in mixtura habet esse perfectum in essentia: non autem in qualitatibus. nam qualitates eius in mixtura remittuntur. **D**einde declarat quod est essentia einta: et uult quod essentia einta sit forma subaliqua: carens nomine proprio: dicitur. in aqua enim frigida non est essentia: hoc est ipsa aqua non est pura essentia: sed est effectus essentiae hoc est forme: uel frigiditatis: quae uulgo forma dicitur aquae. aqua enim non est essentia hoc est forma pura: sed effectus essentiae: hoc est effectus resultans ex compositione forme cum materia. est dicto effectus essentiae hoc est ponderositatis: et etiam cetera accidentia sunt effectus essentiae. aliter et aliter. accidentia enim fluunt ab essentia. aqua uero componitur ex essentia: et sic essentia est forma aquae. **S**ed dices. omnia essentia aquae uocatur forma: et formam dicunt esse ponderositatem siue grauitatem: aliquando frigiditatem. igitur essentia erit accidentia. **R**espondeo quod homines non habent nomen illius essentiae illam essentiam uocant nomine ponderositatis. unde. **I**ij. caeli. grauitas

Digressio Auerrois

10. ccxvi

10. ccxvii

dicitur forma substantialis elementorum: sumetes nomen ab effectu: et sibi aliquando uocatur essentia nomine frigiditatis: ut Alexander. tunc concludit propositum. d. et illa essentia (si frigiditas remittatur) saluatur in aqua: et ita in mixtura. **E**x his concludit Auerroem quod elementa sunt actualiter in mixtura secundum essentias: sed remissa sunt qualitates. et sic saluatur essentia in mixtura: quibus elementa ipsa possunt redire ad eandem effectus. hoc est ad esse completum in propria sphaera. et hoc nisi fuerit ipse diens. ubi enim sit impediens: dato quod mixtura resoluatur elementa non redunt. propter haec verificat Auerroem dicitur Aristotelis. quod miscibilia non sunt actu in mixtura: quia qualitates sunt remissa: et sunt potetia: hoc est essentia: quae est potetia. **D**ec nunc Auerroes tenet: et huius uocatur Auerroem has parabrasas in iuuentute fecisse. nam **I**ij. caeli. contradicit huic positioni: ut dicemus postmodum. **C**irca haec plures emergunt dubitationes: Quarum prima est utrumque forme elementari possint interdi et remitti. **E**t licet de hac questione: et alius plura dixerim in libello de mixtura facto. pro defensione Auerrois: tamen bonum erit aliqua scribere: ut si aliqua tunc non dixerim: occurrant: aduicium. **E**t si qua minus castigata dixerim: etiam corrigam: et sequar in huius ordinem recentiorum. **C**irca hanc questionem est positio Auerrois **I**ij. caeli. commetero. **L**xxxij. ubi supponit nullam formam substantialem perfectam interdi uel remitti: sunt autem forme substantiales perfecte forme mixtorum. **E**t per hanc verificat dictum Aristotelis in predicamentis: cum dicit substantiam non suscipere magis et minus. **S**ecundo supponit accidentia saltez quaedam intendi et remitti. hoc docet experientia. **E**x his infert quod elementari forme sunt quasi medic inter substantias et accidentia. cum accidentibus enim conueniunt quod suscipiunt magis ac minus. cum substantiis uero: quia apte sunt constituere subiectum: quod informant in specie. tunc positio Auerrois est quod forme elementari intenduntur et remittuntur. **M**o- uetur autem Auerroes ad hoc unica ratio pro nunc: et arguit. si qualitates elementorum intenduntur et remittuntur. igitur forme. forma declarat. quia si forma ignis potest remanere perfecta sua caliditate remissa in uno gradu: pariter potest remanere remissa in duobus: et sic in omnibus. nam omnes gradus sunt eiusdem rationis. **C**ontra hanc ponem surgunt omnes. **E**t primo. quia tunc in medio essent plures forme elementari: et ita in pluribus speciebus. nam quilibet dat esse. **S**ecundo nihil est magis tale in nomine elementari. igitur elementum non suscipit magis et minus. **T**ertio. nullum elementum posset alterari pura alteratione. non enim posset alterari nisi remissa caliditate: et per hanc etiam remissa forma. **Q**uarto tunc unum elementum non posset immediate fieri ex alio. nam uix ex aqua fieret ignis: oporteret aquam remitti: et sic uenire ad medium: et per hanc non immediate: quia immediate tale est esse absque medio. **Q**uinto. tunc ex duobus elementis posset mixtum effici. nam cum ignis non possit aquam calefacere nisi remittendo formam aquae: et introducendo formam ignis: in medio calefactiois erit unum mixtum ex duobus elementis. **S**exto tunc in omni generatione mixtorum esset multitudo mixtorum media. nam semper ex noua proportionem formarum elementorum esset unum nouum mixtum: sed in quolibet instanti transmutationis est alia. igitur in quolibet esset alia mixtio. cuius igitur in tempore transmutationis sunt infinita instantia. igitur mixtura infinita. **S**eptimo tunc aer in huius esset plus aqua quam aer. nam in eo plures

pro quod forme elementari possint interdi et remitti.

pro Auer.

prima ratio

Secunda ratio.

Dubitationes contra Auerroem. Prima Secunda Tertia

Quarta

Quinta

Sexta

Septima

Dubitatio
nes 3^{as}
Prima

Secunda

Tertia

Du: 3^{as}
Prima

2^a

3^a

4^a

5^a

sunt qualitates aque. Contra rationes Averrois dubitatur. Et primo contra primam. quia tunc inter contradictoria daretur medium. nam inter substantiam et accidens datur medium. sed substantia non est in subiecto. accidens vero est in subiecto: sed hec sunt contradictoria. Secundo. medium est eiusdem generis cum extremis. decimo metaphysice. Sed substantia et accidens non possunt esse eiusdem generis. igitur inter ea non est medium. Tertio. omnis differentia secundum formas substantialem variat speciem. ymaginatio metaphysice. igitur si forma ignis reciperet magis et minus tunc ignis differret a semetipso specie. Sic igitur prima ratio que erat elementa remitti atque itendi: quia media nulla est. Contra secundam instant. Primo. quia ea data probaretur formas mixti posse esse sine tota dispositione qualitativa. nam si potest esse sine parte. igitur sine tota: sic arguit Averroes. Secundo per idem modo possit esse sine forma: quia sine hac et sine illa. igitur sine forma. Tertio per idem corpus esse potest sine loco. Quarto si forma elementaria remitteret: vel ad remissionem alterius qualitatis vel ambarum non unius tantum. nam duz generatur ignis ex aqua remittuntur ambe. nec ambarum: ut in generatione aeris ex aqua. Quinto. tunc generatio elementi esset alteratio: quia est remissio. vel motus. quia successiva. Pro ratione est considerandum quod impertinens est nostro proposito illud problema: videlicet. ut elementum limitet sibi vtriusque qualitates in summo: vel alteram tantum. Primo. quia Averroes variis locis sustinet vtriusque positiones: ut quarto metaphysice. quod non. et in secundo huius quod sic. Secundo. quia neutra harum est necessaria. Sed illud accipiendum est tanquam necessarium alteras saltem qualitatem esse elementi proprias accidens et essentialis: quod tribus coniecturis declaratur. Primo. quia antiqui semper elementum quodlibet definiunt per eiusmodi qualitates: quod esse non potest: nisi quia qualitates ille sunt differentie essentielles: vel propria accidentia elementorum. Secundo omnis species debet habere aliquod accidens proprium: quo mediante exercet propriam operationem. modo videmus ignem exercere operationem propriam mediante calore: et aquam mediante frigore. igitur calor igni. frigus aque. proprius accidens erit. Tertio videmus vigere calore ignem multiplicari. vigere vero frigore: multiplicari aquas. Ex his sumit Averroes qualitates primas esse proprias et essentielles passiones elementorum. Tunc per hec ratio Averrois efficax est. nam si potest forma elementi perfecta esse absque parte accidentis proprii et essentialis: potest et absque toto. pars enim et totum sunt eiusdem rationis et equalis essentialitatis respectu subiecti: et hic sequitur ad remissionem qualitatum remitti formas et secundum esse: et secundum essentialitas. Tunc ad rationes. Ad primam dicendum medium bifariam dici: remissione: quomodo calidum remissum: quod est tepidum: dicitur remissio medium: hoc quandoque dictum est ab Averroes medium permutatio: quia non potest fieri mutatio de extremo in extremum: nisi prius veniat in tale medium. Aliud dicitur medium forme: quandoque prima extrema sunt ita in medio proportionata: quod merentur formas ynam specificam: quomodo mixtura equi medium forme est: quia talis est extremorum fractio: quod meretur formam equi. Tunc dicendum quod si elementa veniunt ad medium permutationis: tale medium non differt ab extremis: imo essentialiter est sua extrema remissa: licet accidentaliter sit in specie me-

dy. si vero faciunt medium forme sic tale medium non est in pluribus speciebus: sed in specie illi forme tantum. Ad secundum dicendum quod in nomine elementum: quod est in sphaera propria nihil est magis tale: at in nomine elementi: quod est in mixtura aliquod est magis igneum. aliquod minus: ut medici narrant. Ad tertium respondet Averroes secundo de anima. commento. cxy. quod elementum non potest alterari pura alteratione. Sed bene alteratur alteratione mixta generationi. potest tamen alterari de figura in figura: et in alijs eiusmodi. Ad quartum dicendum elementum immediate posse effici ex alio per carentiam medij forme. non autem per carentiam medij permutationis. Ad quintum dicendum ex duobus elementis effici posse mixtum quod est medium quoddam permutationis: non autem mixtum quod sit medium forme. Ad sextum dicendum in infinita mixta que sunt media permutationis fuisse genita: non tamen mixta infinita nec que sunt media permutationis: nec media forme: vel (ut peripatetice loquar) infinita mixta in potentia que sunt media permutatiois fuerunt genita. non autem infinita actu. Ad septimum respondet Averroes secundo de anima. commento. cxy. semper in aere et aqua esse vapores et illos nunc calefieri: nunc frige fieri. et sic aer non est corpus simplex. sed mixtum imperfectum: quod uno tempore virtute vaporum sit magis aqueus alio tempore minus. Tunc ad rationes contra rationem. Ad primam dicendum quod medium est multiplex: vel participatione vel negatione: et medium participatione duplex. vel participatione formarum. vel conditionum. formarum quidem: ut rubrum: nam participat albo et nigro. participatione conditionum: ut simia: est enim medium inter brutum et hominem: pro quanto in quibusdam imitatur hominem: in quibusdam brutum. Averroes igitur tenet formas elementarias esse reuera subas. nam in subiecto non sunt. nisi quantum ad aliquas conditiones sectantur formas accidentales: et inde medicus dicitur sunt. Ad secundam sicut. medium. n. participatio forme est eiusdem generis cum extremis. aliter non. Ad tertiam ob id omnia dicitur subales perfecta esse specificas: sed substantiale imperfecta minime. Ad rationes contra secundam. Ad primam dicendum quod qualitativa dispositio est essentialis mixto: non quidem sub omni gradu: sed sub certo modo: et pondere. qualitas vero elementi est sibi essentialis et se: et quodlibet sui: similiter et argumenta de materia: et de loco tolluntur. Ad quartam dicendum formas elementi remitti: ad remissionem ambarum si ambas sibi limitet: vel alterius si alteram. vel proportionis: si sibi limitet proportionem. Ad quintam ob id quod nec esse successivus est de ratione motus nec esse momentaneus tollit rationem motus. nam auctio est momentanea: et tamen est motus. generatio elementi est successiva gradualiter et quantitativa: et tamen non est motus. Sed differunt tantum: quia generatio est in subiecto ente in potentia. motus vero in subiecto ente in actu: et tu vide codicillum nostrum de mixtura: et plura alia inuenies. Secundo querunt vtrum elementa remaneant formaliter in mixto. videtur quod non. per verbum Aristotelis: dum dicit remanere virtutes eorum. In oppositum est Aristoteles duz dicit mixtura est unio eorum: que alterata sunt. igitur non corrupta. et sic manent formaliter. Ad hanc questionem respondet Averroes tertio celi. commento. lxxv. quod elementa remanent formaliter hoc est secundum suas formas in materia. tali vi-

An extra
maeat for
mal i mix
to. q. y.

delicet modo quod ex formis ipsorum mixtura quedam resultat: que est medium forme (ut dictum est) vel equi vel bouis vel alicuius talis. Sed contra hanc positionem omnes conveniunt quod sit falsa: et argumenta infinita adducuntur: ut in codicillo de mixtura scriptimus. nunc vero tantum quattuor precipuas assumemus. Primo. forma elementaria nata est constituere compositum per se subsistens in genere substantie. igitur si sunt plures forme elementarie in mixto: quibus constituet suppositum: et sic in omni mixto essent plura supposita: ut suppositum aque: suppositum ignis: quorum quodlibet natus est per se subsistere. Secundo. omnes substantias corporeas consequitur sua propria dimensio: que est propria passio illius: ut in libro de substantia orbis. Sed forma elementi quanticumque remissa cum materia constituit substantiam compositam. igitur ipsam consequitur sua propria dimensio: sed eadem propria dimensio non est plurius subiectorum. igitur in uno subiecto erunt plures dimensiones: ut alia mixti et alie elementorum: et mixto erit compositio. Tertio. mixtum generatur ex elemento: et corrumptur in illud. igitur talis est impossibilitas inter formas mixti et formas elementi: qualis est inter terminus a quo generationis: et terminus ad quem. igitur forma mixti et forma elementi in eodem subiecto non compatiuntur secus. Quarto. si quattuor elementa vel quattuor forme elementorum essent coexistentes in materia: tunc in quolibet puncto materie essent quattuor forme. igitur penetratio saltem substantiarum: que est impossibilis. Multe rationes fieri possunt: sed hec nunc satis: quia in libro de mixtura diximus. Pro solutione tamen ad hec argumenta. An maduertendum primo. quod elementa in mixto nec simpliciter manent: nec totaliter: et simpliciter corrumptur. Manent quidem secundum formas substantiales: sed quia non intensas sed remissas: ideo manent in potentia. corrumptur autem actu: quia non manent secundum compositiones forme cum materia: unde bene manent inherencia forme ad materias. Sed non informatio faciens per se unum ex materia et forma: quoniam forma mixti existens in actu et non potentialis ad ulteriorem formam sola informat materiam: et tollit informationes ceterarum: sic quod forma mixti informat materiam mediante formis eius elementorum: tam subalibus: quam accidentibus: neque distinguuntur hec forme loco et subiecto: quia omnes coexistentes sunt eodem in loco: eademque in parte subiecti: neque dimensiones illarum sunt diversae: sed sicut omnes materie ynam faciunt materias per continuationem: sic omnes dimensiones inuicem continentur: et redduntur omnes quantevna dimensio ne comuni propria forme mixti. Ex his sequitur quod forma elementi aliter est in mixto: aliter in proprio elemento: sunt enim in mixto: ut dispositiones: et propterea fuit necesse esse subesse remissio. Non enim dispositio debet esse ita intensa in proprio subiecto. ut est in subiecto extraneo. nam in subiecto proprio est propter se: et ut constituat species. In alieno vero est: ut disponat. Secundo sequitur quod eiusmodi dispositiones in mixto non dant nomen: neque definitiones: neque mixtum ipsum denominant denominatione speciei: quia cum non informant: non reponunt in specie. Per hec ad argumenta. Ad primum dicendum quod forma elementaria nata est constituere individuum in specie: quando inest materie secundum esse perfectum: et

gratia sui: non ut dispositio ad ulteriores formas: sed ut informant: et sic non oportet ipsum mixtum esse quattuor supposita: aut in quattuor speciebus. Ad secundum dicendum omnes substantiam corpoream: et omnes formas substantialem perficietem materias: et informantes consequi propria dimensionem. Ad tertium nec ex materia mixti et forma elementi sit substantia composita in specie elementi: nec forma ipsa elementi informat materias. Sed disponit tantum ad ulteriores formas: ideo dimensio eius est illa ultime forme. Ad tertium dicendum quod quando generatur mixtum ex elementis corrumptur omnia elementa: non quidem corruptione tollente formas elementorum: aut inherencias earum ad materias suas: sed tantum tollente informationes et denominationem speciei. nam in ipso mixto remanent elementorum forme et materie: non quidem loco separate: sed cum inherencia priorum: subtracta informatione et denominatione specifica elementi. nam forma mixti aduenit: que sola informat: et denominat: unde nulla est pars mixti que sit ignis vel aqua aer vel terra: licet in qualibet parte mixti sint omnes. Pars igitur quod forma mixti et forma elementi esse non possunt in eodem eodem modo: sed sunt impossibiles impossibilitate que est inter formas perfectas. Ad quartum quidam tenent non esse inconueniens substantiarum penetrationes concedere. sed corporum penetratio est impossibilis. Aliter dici potest quod elementa et si manent in mixto secundum formas tam substantiales quam accidentales: non tamen secundum materias coextensas: et propterea non est ibidem proprie loquendo penetratio corporum de predicamento substantie: cum ex materia et forma elementi in mixto nihil fiat per se: sed tantum per accidens aut per congregationem. Ad hoc autem ut sit penetratio vel corporum vel formarum: oportet ut vel corpora vel forme equaliter: et eadem ratione recipiantur in eodem loco: modo sola forma mixti per se recipitur in materia: ut informant: ut per dispositiones. Multa alia tetigi in libro de mixtura. Nunc hec satis. Tertio querunt vtrum mixtio sit possibilis: et videtur quod non: quia tunc vel naturaliter: vel violenter: non naturaliter. quia vel leuia naturaliter descenderent: vel grauia naturaliter ascenderent: vel ambo essent. In contrarium Aristoteles est in textu. Pro solutione questionis animaduerte. Primo. quod questio potest intelligi uno modo: ut possibile sequitur ad inesse: et necesse esse: ut in libro de interpretatione dicitur soles lucere esse possibile: quia necesse est solem lucere: et homines currere esse possibile: si de inesse homo currit: et hoc modo questio non est dubia: quia de inesse est aliquod mixtum. igitur potest esse mixtio. Alio modo intelligi potest pro contingenti: quod distinguitur contra inesse: et necessario inesse: qua ratione dicimus homines currere esse possibile si non currit: et sic contingens et possibile sumuntur vel pro eo quod non est: et potest esse: vel pro eo quod est: et potest non esse: et sic iterum dupliciter intelligi potest: Uno modo ut sit sensus quod nulla sit mixtio: et queratur vtrum possit esse: et sic questio non habet locum: quod semper fuit mixtio: et semper erit mixtio. Alio modo ut queratur vtrum possit esse: et sic questio non habet locum: quod semper fuit mixtio: et semper erit mixtio. Alio modo ut queratur vtrum possit esse: et sic questio non habet locum: quod semper fuit mixtio: et semper erit mixtio. Alio modo ut queratur vtrum possit esse: et sic questio non habet locum: quod semper fuit mixtio: et semper erit mixtio.

An mixtio
sit polis. q.
ij.

Solutio. q.

positio

ex pura materia non proficiscitur compositum: sed quemadmodum ex materia non pura fit compositum hoc est ex materia que preerat cum aliqua forma: fit compositum corrupta forma prior: sic ex elementis fit mixtura: non ex puris elementis: sed ex elementis corrupta mixtura prior cum qua erant. ymaginantur enim isti qd sicut materia non datur sine forma: ita nec elementa sine mixtura: et qd sicut ex materia fit compositum corrupta forma prior: sic ex elementis fit mixtura nouum: corrupta prior mixtura. Coloratur autem hec positio: quia vt secundo huius dicitur: tria sunt ex parte materie, videlicet prima: que est subiectus primorum contrariorum: prima tria: que sunt materia elementorum: elnta que sunt materia mixtura: vt igitur materia nunquam est absque contrariis: et contraria nunquam absque elementis: ita elementa nunquam absque mixtura esse poterunt: et vt vnum compositum fit ex materia corrupta forma prior: sic mixtura ex elementis corrupta prior mixtura. Pro hac positioe arguitur primo. Omne essentialiter ordinatum in aliud tendit in suam perfectionem: nunquam est absque illo: nisi violenter. sed elementa ordinantur in mixtura: vt in propria perfectionem: vt tertio celi. commento. lxxv. igitur nunquam erunt absque mixtura. Secundo. partes essentielles alicuius nunquam esse possunt absque illo. sed elementa sunt partes essentielles mixtura. igitur nunquam elementa esse poterunt absque mixtura. Tertio. perfectibile nunquam esse potest absque perfectione sua: sed elementa sunt perfectibile: mixtura perfectio. igitur elementa nunquam erunt absque mixtura. Sic igitur patet ex elementis proficisci mixtura: vt ex materia compositum: non tamen ex elementis puris. Alii et fere omnes tenent elementa esse pura: et ex his puris mixtura ista proficisci: vt enim corruptio siue dissolutio est ad elementa pura: sic mixtura est ex elementis puris: non tamen ipsis remanentibus in actu: sed refractis scilicet qualitates et formas. Cuius animaduerte qd pole: vt scribit Averroes primo celi. commento. cxxiiij. aut est ex se hoc est ab intrinseco: aut ab extrinseco. possibile ab intrinseco est ratione materie et subiecti: possibile ab extrinseco est ratione agentis. Mixtura itaque est possibile ab intrinseco: et ab extrinseco. ab intrinseco quidem: quoniam elementa sua natura ordinantur ad mixtura veluti materia in suas formas: vt dicit Aristoteles secundo huius. et sic mixtura est possibilis ex parte subiecti: et materie. ab extrinseco vero: quia ex parte agentis. elementa enim cum sua natura possint misceri: aliquid agens est: quod potest illa miscere. Sed quid sit illud agens ex parte cuius mixtura est possibilis ab extrinseco: est difficultas. In mixtura enim que immediate fit ex elementis: quidam volunt agens esse elementa ipsamet virtute proportionis siue fractionis. ymaginantur enim qd quotiens elementa reducuntur ad vnum locum: tunc agunt et patiuntur. atque reducta ad fractionem generant mixtura. Sed contra hoc instat primo. quia elementa producent aliquid nobilius eis: quia mixtura quantumcumque minimus semper est excellentius elementis. Secundo. quia tunc effectus esset sine agente: quia in instanti generationis mixtura elementa desinunt esse. Tertio. tunc nulla esset causa: que magis ab elementis generaret mixtura. quam mixtura. quia elementa sunt cause vniuersales. Quarto. elementa non intendunt formam mixtura: sed magis sibi simile generare. Cuiusmodi sit de positione ipsa. hec argumenta non valent. Primum non: quia ab elementis proficisci potest nobilius virtute celi. et vt a causa secunda. Secundum minime: quia elementa manent: vel dato qd desinant: satis est qd vnum instans esse mixtura sit primus non esse elementorum. Tertium nec valet: quia elementa virtute fractionis generant: modo fractiones sunt diuersarum specierum. Quartum licet elementa vt elementa non intendat formam mixtura: vt reducta ad fractionem bene intendunt. Propterea arguo contra hanc positionem. primo. quia elementa non virtute propria veniunt ad locum mixtura. igitur non virtute propria generant mixtura. Secundo. tunc res euenirent de necessitate materie: et non de necessitate agentis. contra Aristoteles ubi dicit. Alii dicunt elementa misceri et mixtura efficere virtute seminali: et virtute celesti: hoc est propter celi aspectum. Sed hec positio vera est de mixtura: quod non fit nouiter ex elementis: sed a semine. Questio nostra est de mixtura noua: que immediate fit ex elementis. igitur videtur mihi qd immediatum agens est calor celestis multiplicatus in sphaera elementaria: vt dicit Averroes. lxxv. metaphysice. commento. lxxv. quando enim elementa virtute caloris celestis veniunt ad locum mixtura: etiam virtute eiusdem reducuntur ad minima per actionem et passionem eorum mutua: quare ratione mixtura ab eis proficiscuntur. Est autem calor iste varius: prout stelle ipse varia ratione cum sole miscuntur. cum enim celestis mixtura sit varia: etiam inde varius calor ad nos mittitur: et inde varia fit hic elementorum agitatio. Vnde calor generat (vt dicit Averroes) animalia ex putri materia orta: quando scilicet multiplicat ad nos. Sed hic accidit dubitatio. prima. quid est forma mixtionis ad quam elementa ordinantur. Ad hanc respondent quidam qd est forma corporis. Imaginantur enim elementa ipsa corrumpi in mixtura: et ex eorum corruptione generari formam mixtionis: que dicitur corporeitas: et hanc eandem numero profitentur remanere in viuo et mortuo. de hac re prolixius diximus alibi. Propterea nunc videtur qd forma mixtionis sit forma specifica rei mixte. verbi gratia. equi. illa enim forma equi est specifica equi: sicut mixtura: et mixtionis forma: vt quidem deducta de potentia materie virtute mixtura dicitur forma mixtionis: vt vero prebens equo nomen et definitionem dicitur specifica. Secunda dubitatio. quomodo fit mixtura? Respondent tenentes formas elementorum non remanere in mixtura: qd miscibilia primo diuidunt in paruas partes: deinde agunt et reagunt inuicem tandem qd omnium illarum particularum formarum subales elementarum corrumpuntur: et tunc de totali illarum massa composita educit formam mixtura: per cuius educationem materie illarum redduntur continuæ: que prius erant contiguae: cum stabant sub formis elementarum. propterea concedunt primo ad generationem mixtura non sufficientem prius iuxta positionem: sed continuationem. concedunt secundo qd non fit diuisio miscibilium in infinitum: sed stabit ad partes minimas. concedunt tertio qd omnis mixtura est generatio: non autem corruptio. nam mixtura est corruptio multorum et generatio vnius continentis omnia illa virtute et potentia: non autem semper generatio est hoc. quia multoties aliquid generatur: et non corrumpuntur miscibilia illo modo. Sed hec positio est confutata iam in libro nostro de mixtura: et in isto libro. et secundo huius textu commento. lxxv. mouet Aristoteles questionem hanc: et soluit eam textu commenti. lxxvi. et lxxvii. et inde. et vult qd miscibilia nec

totaliter corrumpunt in mixtura: nec totaliter remanent: sed corrumpunt scilicet excellenter: et remanent secundum refractiones: et tu lege locum illum. Ideo dicitur aliter scilicet Aristoteles. et Averroes: quia elementa veniunt ad mixtura locum: diuiduntur ad minima: donec iuxta positionem: tunc tandem agunt et patiuntur: quousque in cuiuslibet elnti materia inducuntur per generationem forme aliorum elntorum: prior forma non corrupta. ad quarum formarum generationem sequitur continuationem materiae elntorum: et non extensio: nec penetratio. Sic igitur minima ignis tandem agunt in minima aquæ et e contra: qd in materiam ytroque forme inducuntur: non corruptis: et sic facta forma mixtura educit de potentia materiae illis productis. Ex hoc primo sequitur qd non semper mixtura immediate proficiscit ab elementis: sed ex termino e quo: vt quando ex aiali cadaver: vel ex semine aiali generatur: tunc. n. ex mixtura mixtura fit tandem ex termino a quo: non autem ex elementis. iterum vero immediate mixtura aliquid fit ab elementis facta in minimis iuxta positionem generationis forme prioribus non corruptis: vt quia rana fit in media regione aeris. Secundo sequitur qd forme partes licet non corrumpantur simpliciter desinant in formare mas ac specificare: et incipiunt disponere per forma mixtura: et autem quia mixtura corrumpit: forme ille desinant disponere ad tertium: et in formare ac specificare incipiunt. semper tamen remanent secundum inheretia. Tertio sequitur iterum ex vno elemento mixtura in aere generentur tria elementa: vt dato qd in media regione aeris non sit neque aqua neque terra ex solo aere non concurrere a principio altero elto posset mixtura generari: quia celi ex vna parte illius aeris possit generare ignem. ex alia parte aqua. et ex alia parte terra. quia iuxta positionem sitis poterit inuicem per alterationem misceri et ex eis mixtura generari: et sic in aere generatur vno ab elemento inciperet: disponitur vero a quatuor. Tertio dubitatio est cum elementa ad minima diuidantur: quod est diuidens illa: Respondet qd sicut aqua et vinum se diuidunt suis grauitatibus per motum localem: et ignis diuidit ligna per motum alterationis: ita elementa venientia ad mixtura se diuidunt per alterationem: ac et per motum localem: et sic ipsa met elementa se diuidunt per grauitates et leuitates: et per qualitates actiuas et passiuas. Respondeo hec deficit nisi suppleat. semper. n. sese diuiderent et semper ad minima: propterea dicitur qd diuidens est generans: scilicet mediis tibus quantitatibus motibus et alterationibus. Ex hoc patet cur elementa magis in vna parte quam alia diuiduntur. hoc quidem est ex parte agentis siue generantis: quia generans non committit liter applicat ipsis: ideo ibi diuidit: ubi melius applica

tur. ex parte est passus: quia ipse passus diuisibile non est vni forme in resistentia: propter etiam esse ex parte celi: et constellationis. Quarta dubitatio est ytriusque ex mixtura possit mixtura effici. Respondet quidam qd sic propter contrarietatem quam habet mixtura iuxta: vt in metallis constat: et liquoribus: que inuicem miscentur. Sed contra obicitur primo. elementa non inuicem miscetur pro generatione elementis. igitur nec mixtura pro generatione mixtura Secundo vnum elementum non est in potentia reuersiois in altero elemento. igitur nec vnum mixtura in altero. Tertio non potest forma vnius elementis esse dispositio ad formam alterius elementis. igitur nec forma vnius mixtura ad formam alterius. Ego vero dico mixtura mixtura prima non effici nisi ab elementis: quoniam ex eis primo constat: et in illa ultimo resoluitur. mixtura quodammodo secundum mixtura potest ex mixtura componi: vt animal ex membris compositione secunda. Sed ex prima materia et prima forma compositione prima. et sic argumenta nulla sunt: oia enim concludunt non effici mixtura ex mixtura compositione prima: sed bene compositione secunda effici possunt: et per idem patet mixtura non posse misceri elemento: nisi mixtura secunda et quasi iuxta positionem quodammodo mixtura prima minime. Quinta dubitatio ytriusque sit naturalis. Respondent quidam qd est naturalis naturalitate communi: non autem naturalitate propria: veluti naturalitate communi graue ascendere ad impleduum vacuum: non autem naturalitate propria. Mouetur autem quia nulla species naturaliter se ordinatur in alteram: modo elementa sunt species et perfectæ. igitur in nulla alia ordinantur. Vbi videtur qd sit naturalis naturalitate propria ex parte miscibilium: quia elementa ipsa naturaliter ordinantur in mixtura veluti materia in composita. Secundo naturalitate communi ex ordine nature vniuersalis: que est constitutio vniuersi. Tertio ex parte agentis: quod sua natura miscet elementa ad generationem tertium. Tunc ad argumentum patet qd mixtura est naturalis: nec inconuenit graui ascendere: vel leuia descendere. propter motum nature vniuersalis: vel forte quia vniuersale agens generabit grauiam et leuiam ex vno elemento: vt diximus. De hoc de mixtura. Multa alia diximus in libro nostro de mixtura: que debent conferri cum his: et restabit totius positionis Aristotelis veritas. etiam aliqua addemus in secundo huius. circa expositionem Aristotelis: que erunt vtilia his oibus. De hoc de primo libro.

Cuius primi libri Aristotelis de generatione et corruptione.

¶ Eiusdem Aristotelis de generatione et corruptione liber scđs interpretare et expositore Augustino nippo.



De mixtura quide igitur et tactu de quibus agere et pati: quomodo his: quae per naturam transmutantur. insunt: dictum est: itaque de generatione et corruptione simplicibus: quomodo et qua ratione sunt: etiam qua ob causam. similiter autem dictum est: et quid est alterabile in alteratioe: et quae habeat differentiam ab eorum unoquoque. Caeterum autem de his quae corporum elementa nuncupantur: transigendum est.

Com. p^m

Philosop^h omnia quae in libro primo perscrutatus est: et quae nunc dicitur est: proponit. Sed circa intentiones huius scđi habitabis. nam de quatuor elementis tractat liber de celo. igitur de his non est agendum modo. aliter Aristoteles hic esset superfluous. Respondet Averroes. in 9^o celi. primo. quod de quatuor elementis consideratur in libro celi. et in libro de generatione. aliter tamen atque aliter. in libro celi enim consideratur ut partes mundi: et ut species sub illius libri. at in libro de generatione consideratur: ut partes mixti generabilis et corruptibilis. atque ut causae generabilium et corruptibilium: et sic non superfluit consideratio. verba Aristotelis hic patent.

Com. u.

Generatio quidem enim et corruptio substantiis omnibus per naturam subsistentibus non insunt sine sensibilibus corporibus. Consideratio de elementis sit transigenda: declarat et syllabis est. de causis generationis et corruptionis est fidei ratio. ponit minorem. d. gnatio quidem. n. et corruptio substantiis omnibus per naturam subsistentibus non insunt sine sensibilibus corporibus: hoc est absque elementis. conclusio erit quod de elementis est agendum. Et in hoc apparet differentia inter elementa considerata hic. et in libro celi. nam in libro celi considerantur ut effectus celi. hic autem considerantur ut causae: ut dixit Averroes.

Com. iij.

Materia igitur his subiectam: alij vnae quidem esse narrant. veluti aerem aut ignem: aut horum medium aliquod: quod et seorsum existit: profitentes. Alij vero numero plura vno: sed hi quidem ignem atque terram. Alij et haec atque aerem tertium. Alij autem et horum aquam quartum quemadmodum Empedocles. Ex quibus segregatioe et congregatione atque alternatione in rebus ipsis generatione et corruptione evenire ait.

Dic de proposito prosequitur: et licet de grece vplurimum aduersariis sit. hic tamen executionis nota est:

et de materia ipsa narrat ponens dici solitas. et verba patet.

Erit quidem igitur comprobabile dicere prima se habere ut principia et elementa: ex quibus sine congregatione et disgregatione siue alia mutatione transmutatis: generatio et corruptio sunt. Sed facientes materiam vnam extra dicta: et hanc corpoream separatam: aberrant. Nam absque contrarietate tale corpus sensibile existere non potest: quod aut leue erit: aut graue: aut frigidum aut calidum infinitum illud quod quidam principium esse aiunt.

Com. iij.

Ut autem dictus est positiones omnes de materia reducantur in duas: quod vel omniunz res: materia est vna. vel plura. Nunc ostendit quantum ad quid bene dixerunt dicentes elementa esse res materiam. et quantum ad quid errant dicentes omniunz materiam esse vnam: et separatam. Dicentes quidem igitur plura: hoc tantum bene aiunt quod congregatione generat et disgregatione corrumpunt res ipsas. Dicentes vero materiam vnam et separatam hoc errant quod ponunt eam corpus sensibile et absque contrarietate: ut non leue neque graue neque calidum: aut id genus. verba patent. Animaduerte quod illud principium materiale quod volunt esse materia: posuerunt corpus apeiron hoc est infinitum: non quidem per totius occupationem: sed per abstractionem a sensibilibus differentijs: et propterea apeiron hoc est non determinatum certa data forma esse volunt.

Sed ut in timo scribitur res haec nullam habet determinationem. non enim apte dixit an omnica pax ab his quae elementa vocantur: separaretur: verum non recte videtur asserens subiectum illud esse prius his quae vocantur elementa veluti aurum aureis operibus. hoc enim ratione ista explicatus non bene dicitur: nisi eorum quorum alteratio est: ita sit. Sed de illis quorum generatio et corruptio sunt: quibus mediantibus res sunt: impossibile est enunciari. Cum ipse asserat longe verius aurum dici esse quam vniuersum quodque. Facit tamen elementorum corporeorum resolutionem usque in superficiem. Impossibile autem materiam primam planiciem esse.

Co. v.

Nunc breuibus quid Plato in timo dicat: apponit. et inquit. Sed ut in timo scribitur: res haec supplet tu nullam habet determinationem. Non enim apte dixit. an pandeches hoc est omnica pax ab his quae elementa vocantur: separaretur. ecce quomodo de separatione materiae nihil certum asserit Plato in timo.

Animaduerte quod pandeches grece venit a pan: et dechome: hoc est omnia capiens. propterea dici potest omnica pax. Reprehendit tamen ipsum primo de similitudine. Per quam materiam descripsit dicens. vix non recte videtur asserens subiectum illud esse prius illis quae vocantur elinta veluti aurum: est prius aureis operibus: ut

ydolis et anulis et ceteris quae ex auro efficiuntur. Et hoc arguit dicens. hoc enim ratione ista explicatus non bene dicitur nisi respectu eorum quorum alteratio est: ita sit. sed de illis quorum generatio et corruptio sunt: quibus mediantibus res suppletur: impossibile est illa metaphoram enunciari. cum etiam ipse asserat longe verius aurum suscipere nomen entis quam vniuersum quod ex auro fit. Sic igitur si exemplum illud de auro comparat ad alterationes recte facit: sed ex hoc non habet intentionem. maxime cum ipse velit aurum dici verius et actualius ens quam ex eo facta: sic enim notat materia esse ens in actu. Sed si exemplum illud est ad generationem: nullum est: et per dicta sua: et per rationem tacta: vniuersum tamen dicitur inexcusabile. quod vniuersum resoluatur ad superficiem. nam sic materia erit planicies siue plana res: quod non stat cum principijs naturae. Animaduerte quod textum hunc fideliter transulsi. mutauit tamen non nullas particulas nullius momenti ut sensus grecus exposuisset: et ut facilius intelligeretur.

Com. vi.

Nos vero vnam corporum sensillum materiam esse dicimus: non tamen separabilem: imo cum ea semper contrarietate: ex qua illa quae vocantur elementa: generantur.

Quod de materia dixit pluribus in locis: nunc breuiter perstrigit. de ea duo asserens. primo quod sit vna omniunz elementorum. Secundo quod nunquam denudatur a primis ipsis contrarijs: ex quibus elementa combinantur. An materia sit vna disputatum est pluries: sed an expolietur interdum a primis qualitibus: dubitabile est. primo quod prima contraria generatur et corrumpuntur. igitur aliquando desinunt etiam in materia: aliquando incipiunt esse in illa. Secundo nulla contraria sunt materiae coeterna. igitur verbum philosophi falsum est. Respondet Averroes scđo auscultationis physice. primo. quod Aristoteles intelligit quod priuatio coeterna materiae nunquam denudatur a primis contrarijs: modo priuatio siue sit forma generica siue priuatio: denudatur quidem ab his vel illis contrarijs. nunquam tamen a contrarijs denudatur specificiter: sicut materia semper habet formam et nunquam est sine forma: hoc enim semper forma: quod nunquam est vix dicere ipsas esse absque forma. forma semper caret: quod illa vel illa caret. De autem materia nunquam denudatur a contrarijs: patet. quod nunquam denudatur a formis elementorum. et illic sunt in materia mediantibus primis contrarijs. igitur nunquam a contrarijs. Tunc ad argumeta. Ad primum concedo quod haec vel illa incipiunt vel desinunt esse in materia. nunquam tamen materia denudatur a contrarijs specificiter tentis. Ad secundum forticolae aiunt non valere. a contrarijs denudatur materia. igitur materia denudatur a contrarijs: quod in prima ille terminus contrarijs determinate tenetur. in scđo confute. tu vero responde: ut supra.

Com. viij.

Necessum autem est diligentius de his alibi. nunc vero quomodo prima corpora ex materia sunt etiam differendum est.

Dubitatio prima.

Scđa

Quasi se excusat. nam de elementis dictum est ad plenum. igitur non est res haec repetenda: excusat igitur se: et proponit intentionem ad danda: et dicit. Decisum autem est diligentius de his in alijs: ut in 10^o celi. nunc vero quomodo prima corpora ex materia sunt: etiam differendum. Sed circa haec dupliciter dubitatur primo cur pertractatio de elementis facta in tertio et quarto et scđo celi. est haereticastera hoc est diligentior atque certior: quam ea quae hic tangit. Secundo cur elementa ab Ari-

traria, omnes sunt actiue & passiuę: vt bene dixerunt: quia omnes possunt cōtraria corrumpere: & ab eis corrumpi. Si geminatim inter se: nec dici debent per se actiue: nec per se passiuę: quia omnes composibiles: nisi tñ per accidens. ac per vias sequelę. Si ad tactū sic omnes sunt actiue: & omnesq; per se. Licet calidus & frigidum magisq; humidum & siccus: quia ille fortius imutant. hęc remissius. Si vero ad opera: sic duę fortius sunt nomen passiuę: vt pote humidum & siccū: quia hęc potius congregantur q̄ congregent. duę nomen actiuę: vt calidum & frigidum: quia ambę cōgregant. Hęc in expositione s̄c dicta sunt. Sed ambigēs. quia agere & pati sunt cum alteratione corruptiua. modo congregare: & congregari non sunt cum alteratione corruptiua. Potest enī agens congregare nihil corruptiue alterando. similiter & congregari etiam non corruptiue patiēdo. Respondet q̄ a ratione generis omnes sunt actiue: & omnes sunt passiuę: actiue quidem: quia omnes suorum cōtrariorū sunt corruptiue: passiuę vero: quia omnes a suis cōtrariis aptę corrumpi. a ratione speciei: & comparando vnum par ad alterum par: vt calidum & frigidum ad humidum & siccum: sic duę fortius sunt nomē passiuę: vt humidum & siccus: quia aptę terminari: ac cōgregari: duę actiuę: quia aptę congregare. Tūc ad formam dico q̄ duę sunt actiue & duę passiuę a nomine speciei. Nec oportet vt operatio sit corruptiua: vt habent nomen a specie: sed vt habent nomen a genere. Secūdo dubitant. vtrum mixtus dissimulare quod heterogeniū dicit: vt animal vel lapis existēs in sua naturali dispositiōe. ac temperata complexione sibi s̄m speciem possibili sit aptū corrumpi ab intrinseco remoto omne agente extrinseco. Respondent quidam & sapiētes: q̄ si quis esset tēperatus simpliciter cōplexiōe s̄m speciem: & in acre tēperato: & in cibis & potu tēperatis: ab intrinseco nūq; corrumpere. Probāt q̄ omnis dissimulatio prouenit ab aliqua sex rerū nō nāliū. sed tale temperatum oēs res nāles temperate perficeret: dormiret naturalr q̄tuz sibi cōperit: tñ ederet q̄tuz vtgeret necessitas. & in ceteris similiter. igit ignis restauraret tale q̄le: & tantū q̄tum. hęc res pertracta a medicis. Mibi autē videt q̄ corrumpere ab intrinseco saltē per accidens: q̄ euz partes sint dissimilares erūt inuicē actiue & passiuę. & sic aptę disponi ad corruptiones: quare cōtinuo erit aliud atq; aliud: & per cōsequēs nō restaurabit tale quale vel tantum quantum. Esset tamen longeuum & corruptibile corruptiōe naturali. Et sic patz ad dubiū.

Et cōsequenter ad argumenta in principio facta.

Quod vero quatuor sunt elementa: est q̄ horū quatuor sex sunt coniugationes. Cōtraria autem cōstrare non possunt (calidum enim & frigidum constare: & rursus siccus & humidum: impossibile est.) Manifestus etiam q̄ quatuor erunt ipsorum elementorum constantia. vt pote calidi & sicci. & calidi & humidi. Itemq; frigidi & sicci. & frigidi & humidi. Et haec ratio consentanea est his simplicibus corporibus quae videntur. v. igni & aeri. & aquae & terrae. Ignis quidem enim calidus & siccus est. Aer vero calidus & humidus: nam aer est veluti euaporatio. Aqua autem frigida: & humida. Terra vero frigida & sicca. vt igitur rationabile est differentias primis corporibus distribuere: ita multitudo eorum erit s̄m rationem.

Venatus est numerum qualitatum: nunc venatur ex illis numerum elementorum. Et ponit hanc conclusionem. quatuor sunt elementa. & syllogizat sic. cōstantię qualitātū sunt quatuor tantū. elementa sunt constantię qualitātū. Igitur elementa sunt quatuor tantū. Maior declarat. quia omnes quatuor termini oppositi sex modis coniungantur: sed quatuor tantum constant: vt in exemplo.



Hęc regula declarata est secundo topicorum. nunc autem supponatur. Secundo idēz probat a signo: q̄ sensu tñ quatuor apparent. igit tñ quatuor sunt elementa. Sed dubitabis. quia hęc ratio non pbat nisi quatuor posse esse: quia ait sex esse coniugationes: & quatuor cōstantias. hoc est & de sex quatuor possunt constare. Dicendū q̄ in specie quicquid est possibile reperitur in aliquo indiuiduo. Si igitur potest esse constantia calidi & sicci: in aliquo indiuiduo erit: & sic habetur ignis. Et de ceteris eodem modo. verba patent.

Omnes enī & qui simplicia corpora elementa faciunt. hi quidem: vnum. Alij autē duo. alij tria. alij quatuor faciunt. Quicunq; quidem igitur vnum tantū esse asserunt: deinde caetera condensatione & rarefactione generant: his euenit p̄fiteri duo esse principia & rarum & densum: aut calidus & frigidum. Sunt quidē enī haec actiua. vni tamen subijcitur: veluti materia.

Positiones antiquorū de elementis nunc narrat. sed vnde ad hanc rem veniat. Auerroes & ceteri expositores Aristotelē ad hoc deuenire dicunt: vt ostēdat non plura esse elementa q̄ quatuor. Astipulatur autem huic: q̄ euz concluderit elemēta esse quatuor: subscribit positiones antiquorum cum vna particula quę reddit causam apud grecos vt plurimū. d. partes gar: hoc est. omnes enī. vbi videt aperte reddere causam. Sed siue ad hoc deueniat vt suum ppositum confirmet: siue vt positiones antiquorū confutet. certum est eum narrare positiones veterū: & illis contradicere: & quia res facilis est: & sepius enarrata: raptim in his scribamus: contenti solū aperta translatione. De elementis itaq; auctores quatripartiti sunt. Alij enim vnum elementū esse aiunt. & illud faciunt physicarum rerū materiaz & subiectū: quodcumq; illud sit. verum ex parte formę duo dicunt vt rarum & densum. aut calidum & frigidum. Illud vni subiectum est. hęc duo res ipsas formant. Alij faciūt duo. Alij tria. Alij quatuor: nemo excessit numerū q̄ ternariū. Et hoc q̄ plura quatuor esse nō possunt.

At qui mox duo alleuerarunt: quemadmodum parmenides ignem & terram: horum media materiam profitentur vt aere & aquam.

Parmenides ex parte formę ait esse duo. v. ignes & terram: ex parte materię ponit media: quę recessu ab extremis migma hoc est mixtionem appellat. Et licet pluraliter scribat singulariter legi. Et sic ex parte contrarij ponit extrema: ex parte medij ponit aere & aquaz materiam. Animaduerte q̄ migma grece est coitus mulieris a viro: & sic migma pro materia accipit: & ita materiā trāstuli. q̄ sic sonat.

Similiter autem & tria dicentes. quemadmodum plato in diuisionibus. Facit enī medium mixtionem. & fere eadem volunt. nisi q̄ hi quidem medium in duo incidunt. hi vero vnum solum faciunt.

Plato cum parmenide tria principia facit: magnū

& paruum: & vnum. Et facit medium migma hoc est mixtionem. Addit tamen differentiam q̄ plato medium facit vnum tantū. Parmenides medium vni in duo incidit. Animaduerte tamen q̄ vnum plato ponit ex parte formę. Magnum vero & paruum ex parte materię. Sed de positiōe platonis nihil nūc: quoniam simplicius vult platonem idem sentire: cum Aristotele: de quo als. Tunc tamen hoc accipias q̄ Aristoteles duo principia platonis videtur ponere ex parte formę. Migma ex parte materię: nisi in tam breuibus verbis equiuocasset circa verbus migma.

Alij vero mox quatuor aiūt: veluti empedocles. Reducit tamē haec & sic in duo. nā igni alia omnia contraponit.

Empedocles cōcedit quatuor ex parte materię: reducit tamen omnia illa in duo: pro quāto ignes facit in vno contrario: cetera tria pro altero contrario. De positiōe empe. hęc satis.

Aerum ignis & aer & vniquodq; dictorum: simplex minime est. sed mixtus. Sunt enim simplicibus similia: non tamen haec. veluti igneum igni simile est: non ignis. Et aereum: aeri. Similiter & in caeteris. Sed est ignis calozis excessus. veluti glacies frigoris. Haec cōgelatio et vstio excessus sunt quidam. hic quidēz frigoris. Ille vero calozis. Quod si glacies humoris & frigoris cōgelatio est. ignis quoq; calidi & sicci vstio erit. quare nec ex glacie: nec ex igne quicq; generabitur.

Sunt qui hęc ad empedoclem referunt: dicentes empedoclem voluisse elementa esse dupliciter: pura quidem: & impura siue mixta. Quę quidē oculis presentia sunt: impura ait. non simplicia. Sed simplicibus similia. Nam simplicia in excessu consistunt: vt ignis excessus ē calozis & sicci. Glacies siue aqua excessus frigoris & humoris. Sumit hic crystallus pro aqua pura: vt mihi videtur. Tunc ex his concludit genituras effici non a puris elementis: sed ab imperfectis atq; mixtis. Non enim possunt extrema in mixturam venire: nisi remittantur. & hoc est esse mixtum. Mibi vero videtur Aristotelem hęc dicere ex propria intentione. Declarauit enī quatuor esse elementa. tunc sibi obijci pōt q̄ plura q̄ quatuor sunt: vt ignis carbo: ignis flamma. aer calidus. aer frigidus. aqua dulcis: aqua amara. terra alba: & terra nigra: quę specie. & idiotropia differunt. Vni philosophus respondet quatuor esse elemēta simplicia. hęc enim non elementa: sed mixta saltez imperfecte nūcupantur. Nam ignis purus est cuius constantia est ex excessu calozis & sicci. Aqua vō ex excessu humoris & frigoris. Propterea cōcludit ex aqua & igne nihil generari: quod intelligo ipsi stantibus in sua puritate. Oportet enim reduci ad medium: si ex his aliquid fiet. Dubitant hic & recte vtrum sit in rerū natura aliquod elementum purum seorsum a quocunq; alio. Respondent quidā q̄ non: immo volunt q̄ sicut materia nunq; inuenitur nisi vt pars cōpositi: sic nec elementum: nisi mixti pars. & vt materia

Co. xxv.

Co. xxvi.

ria semper formae est coniuncta: sic elementum semper mixto subest. Persuadent hoc signo. nam Aristoteles ex parte materiae tria principia fecit. v. s. subiectum primum. prima contraria. et elementa. ut igitur materia nunquam absque contrariis. et contraria nunquam absque elementis: ita elementa nunquam absque mixtura. elementa igitur esse non possunt: nisi partes sint mixtorum. Et sic elementa pura concedunt. sed non seorsus ab ipsis mixtis. Nec positio in codicillo de mixtura confutata est. Nunc vero contra eam arguo. primo ubi est dare aliquid participans: debet dari aliquid per essentiam. Mixtum est tale propter elementa. igitur et elementa sunt talia per essentiam. igitur seorsus. Secundo quatuor sunt constantia primarum qualitatum possibile in summo. igitur possibile est esse quatuor individua elementorum talia in summo. sed omne possibile in specie: est de facto in aliquo individuo. igitur de facto sunt quatuor individua ex qualitatibus quadrupliciter constantibus in summo: ita quatuor pura elementa. Tertio. quatuor sunt motus simplices et puri. igitur quatuor corpora simplicia et pura. Et sic tenemus esse quatuor elementa pura. et aliqua esse impura. Ad argumentum patet solutio: non enim argumentum persimile est vniuersale. Animaduerte quod Alexander vult ignem in sphaera propria non multum calefacere: quia est in materia rara. Sed ignis in materia densa agit valde: quia in materia densa. Et sic vult definitionem ignis esse intelligendam de igne isto. Contra hoc non arguit Averroes nunc: sed promittit se pertractare rem hanc. Alio vero tenet quod ille ignis summe ageret. et hoc quia est intensus secundum formam et secundum qualitates. et est agens naturale. igitur si sibi applicaretur passum: ageret. res ista eget consideratione. Quatuor autem existentibus corporibus simplicibus: utrunque duorum: vtriusque locorum est. Ignis quidem enim et aer eius sunt: quod in extremum fertur. Terra autem et aqua illius: quod in medium. Et extrema quidem ac purissima: ignis et terra sunt. Media autem et inuicem mixta: aqua et aer. Atque vtraque vtriusque contraria. Igne quidem enim aqua contraria. Aeri autem terra. Sunt enim haec contrariae et passionibus constituta. Nunc loca elementis ipsis assignat. et vult quatuor elementis esse praesignanda duo loca: ut igni et aeri vnum. Terre et aquae alterum. Et hoc inquit quatuor existentibus corporibus simplicibus: vtriusque duorum: vtriusque locorum est. hoc est pro singulis duobus est statuendus vnus locus. Ignis quidem enim et aer eius loci sunt. quod in extremum collocatur. Terra autem et aqua illius: quod in medio mundi reponitur. Sed contra. quoniam cuiuslibet corpori per se vnus competat per se locus. Respondet quod non datus has locorum differentias vniuersaliter. Et hoc inquit. et extrema quidem ac purissima sunt ignis et terra. Et haec extrema loca sumunt. Media autem et inuicem mixta: aqua et aer. Et haec mixta loca sumunt. ut aqua medium non simpliciter: sed in respectu. aer extremum non simpliciter: sed in respectu. Addit tamen

Co. xxvii.

men quod sunt alternatis contraria: ut ignis aquae et aer terrae. Sic igitur per duo esse loca simpliciter: et duo in respectu. et quatuor elementa: et quatuor loca. Et licet simpliciter quatuor existant: vni quodque vno est. Terra quidem enim sicco magis est: quam frigore. Aqua vero frigore magis quam humido. Aer humido magis quam calido. Ignis calido magis quam sicco.

Dixit elementa esse constantias qualitatum: ut igne constantia calidi et sicci: et cetera id genus. Nunc declarat qualiter sint constantia. et inquit. Et licet simpliciter elementa quatuor existant iuxta numerum quatuor constantiarum: tamen innumquodque eorum est vna qualitate magis. hoc est inconstancia vna qualitas exuperat. ut per exempla ostendit: et totum patet. Sed hic plures emergunt quaestiones. Prima vtrum tantum quatuor sint elementa. et videtur quod non sint quatuor. Primo. quia quot motus: tot sunt elementa. Motus sunt tres. primo caeli. a medio. ad medium. et circa medium. igitur elementa tria. Secundo elementum ignis non est: Tunc primo: quia si esset: esset in sphaera sua lucidum. Tunc quod in eo essent animalia quaedam: ut in ceteris. Videtur etiam quod plura quam quatuor. primo quia caelum est elementum. primo motorum. Secundo quod sunt planetae tot sunt elementa. sed planetae sunt quinque. igitur et elementa. antequam videtur Averrois secundo caeli. commento. xliii. stellae habent qualitates similes vnicuique elementorum. In contrarium est Aristoteles in littera. In isto quaestio. primo animaduerte quod Stichion graece latine elementum dicitur. quaeque etiam aliqui elementum a graeco verbo hyle hoc est materia deducant. ut per mutationes litterarum in e. quasi hylementum. et tunc elementum erit dictum. quod verbum sic de duobus grammaticis omitto. Stichion siue elementum graece: siue latine: ut in proposito sumitur est corpus simplex in quod mixtum primo resoluitur: et e quo primo compositum est. tertio caeli. ut ignis: aer: aqua: et terra. quot vero alijs modis accipiatur: alijs locis relinquo. In isto quaestio igitur primo videndum est vnde de accipienda distinctio: et numerus elementorum. Secundo quot sunt elementa. Quatuor ad primum tenent quidam simpliciter quod sumi debet numerus elementorum a qualitatibus tactilibus: ea ratione qua combinabiles sunt. Nouetur ad hoc propterea: quia penes eas sumi debet: penes quas fit contrarietas actio: et passio. Huiusmodi sunt qualitates tactiles. sed videtur mihi. Quod haec responsio sic simpliciter dicta sit insufficientis. quia vel numerus et differentia elementorum accipi debet a priori: aut a posteriori. Si a priori: tunc debet accipi ab eorum formis substantialibus et non ab accidentibus. Si a posteriori: cum elementa non tantum haec habeant pro proprijs accidentibus: non tantum penes illa distinguuntur. Aristoteles enim in libro caeli tribus modis accepit numerum elementorum a motibus: ut in primo caeli: quia enim quatuor sunt motus recti simplices: ut ad medium simpliciter: et ad medium in respectu. itemque a medio simpliciter: et a medio in respectu. quatuor concludit esse elementa. a situ contrariorum: ut in secundo caeli. ubi accepit si vnum contrarium est in rerum natura: et reliquum: terra est in rerum natura. quae in extremo con-

Co. xxvii.

Co de nuob eltoz. p.

Ordo quodis

po antiq.

Co futatio

frariatur igni secundum situm. Ignis igitur. ubi extrema sunt situm sunt: duo oportet esse media: quorum vnum cuius altero eorum: et alterum cum altero coordinatur. igitur quatuor. Itemque a qualitatibus motiuis: ut tertio et quarto caeli. ut a grauitate simpliciter: a grauitate in respectu: a leuitate simpliciter: et a leuitate in respectu: igitur quatuor. sic igitur non tantum penes combinationes tactilium qualitatum: igitur numerus et differentia elementorum colligitur a priori penes formas: a posteriori quatuor modis. Vno modo a numero accidentium consideratorum in presenti libro: et sic a numero combinationum tactilium. Alio modo a numero accidentium consideratorum in libro caeli: et sic tribus alijs modis sumi potest. Ex his per solutio scilicet partis. v. s. quod quatuor tantum sunt elementa. Tunc primo numero motuum. Tunc pro numero situum. Tunc etiam pro numero qualitatum motuarum. Sed hic emergunt dubitationes. Prima: an sit elementum ignis. Antiquorum quidam negauerunt elementum ignis seorsus existere. Immo dixerunt interualum hoc ad caelum versus esse plenum aere: sed pars illa aeris: quae prope caeli concuum existit: cum sit purior: magis ignea existit: ideo ab aliquibus ignis dicta est. haec narrat Aristoteles primo meteororum. Sed contra hoc obicit Aristoteles: et possunt rationes eius reduci ad quatuor: et ad vnum signum. primo. motus simpliciter sursum est: igitur ignis est. nam non potest existere accidens proprium et essentiale alicuius: nisi illud subiectum sit. Secundo. terra est igitur ignis. per regulam contrariorum. secundo thopicozum. si vnum contrarium est et reliquum. Tertio. leuitas simpliciter est igitur ignis. Quarto. combinatio calidi et sicci est possibilis: igitur ignis est. si vnum vero est assignatum ab Averrois. quarto caeli. commento. xxxv. ubi dicit: partes enim ignis et motus earum ad superius: demonstrat ignem esse: veluti si non videremus aquarum congeriem: quae mare dicitur: et videremus quod omnes flumines currunt ad medium: quod est inter aerem et terram: sciremus quod medium illud est locus omnium aquarum: et ita mare: sic in proposito videmus omnes ignis particulas vndique sursum ferri: et omnes petere caeli concuum: et si motus non sit frustra: scire possumus ibi omnes ignes congregari: et per consequens esse ignem purum. Animaduertendum quod quidam recentiores concedunt elementa esse: sed tantum in mixto: veluti materia est: sed in composito: et ut non datur materia seorsum a composito: ita nec elementa seorsum a mixtis: et tunc volunt in concavo caeli esse ignem non purum: sed mixtum. Immo esse ibi aerem puriorem: et a predominio igneum. Et tunc argumenta omnia concluderent dari ignem: non seorsum a mixtis: sed in mixtura. Sed de hoc diximus in primo libro: et in libro bello de mixtura. Secundo dubitant. quare ignis in propria sphaera non lucet: et tamen hic extra sphaeram lucet. Respondet Averroes quarto caeli. commento. xxxv. quod quemadmodum congelatio aquae accidit: non ea ratione: quia aqua: sed quatenus sibi compositi sunt vapores terre: et sic quatenus mixta est: sic ignis non quatenus ignis lucet: sed quatenus ipse miscetur terreo denso: et sic ut congelatio aquae accidit per dispositionem extraneam ei: ita lux accidit

po dubita?

po antiqru

Co futatio

po dubita?

igni per dispositionem extraneam: sed elementa quaedam sunt in loco non possunt habere dispositionem extraneam: et ita nec ignis lucere: nec aqua congelari possunt proprijs in locis. Tertio dubitant. quomodo differunt ignis in sphaera propria: et ignis hic noster. Respondet Alexander ut narrat Averroes quarto caeli. commento. dicto: et primo caeli. commento. xci. Et in hoc secundo de generatione. commento. xxi. quod ignis dicitur equiuoce de nostro: et illo qui est in sphaera propria: primo quia ille est vitae conseruatiuus: iste noster vitae corruptiuus. Secundo. quia ille non calefacit: iste calefacit in summo. Animaduerte quod si Alexander intendit equiuocationem essentialiorem: non vere dicit: quia omnis ignis omni igni eiusdem est speciei. Si vult equiuoce dici per accidens: verum dicit: prima enim ratio valet pro quanto radii solares ad nos descendentes pertranseunt per ignem illum assumunt aliquam impressionem: et sic propter illum calefaciunt: et quia stellae praebent vitam: ideo calor ille viuificat: iste noster corrumpit propter mixtionem. Secunda ratio etiam declaratur per Averrois in commento libri meteororum. commento. xv. ubi vult illum ignem non habere actu calorem: quia calor est accidens huic igni sensibili prout in corpore est terreo: ille tamen est aptitudinaliter calidus: verum de hoc alibi. Quarto dubitant quo nam modo constantia qualitatum se habent ad elementa ipsa. Ad hoc in libro meteororum respondimus: quod elementa possunt considerari in fieri: et in facto esse. Si in fieri: sic subeunt rationem cause materialis: pro quanto. v. s. per parant ad esse formarum. Si in facto esse: ita sunt forme saltem accidentales ipsorum: etiam virtutes effectrices: saltem instrumentarie. Tunc ad rationes. ad primam patet quod motus sunt tres in genere: sed quatuor in specie. Ad primum patet solutio: primo. quod non oportet ut luceat. Secundo quia: ut quidam aiunt illud decoratum est demonibus: quae apud Platonicos sunt animalia perpetua: verum de hoc in libro de demonibus perquiratur. Ad secundum etiam bene concedunt qualitates elementorum esse similes qualitatum planetarum: non tamen oportet ut sint tot: veluti multa mixta a predominio sunt similia elementis: non propterea oportet ut in numero conueniant: Ad cetera similiter patet solutio. Secundo principaliter querunt. vtrum caliditas ignis et caliditas aeris sint eiusdem speciei specialissime. Similiter de humiditate aquae et aeris: et de frigiditate terrae et aquae: et de siccitate ignis et terrae queri potest. Sunt in quaestio positiones duae extremae et contradictoriae: quidam asserunt quod sic multis argumentis: et alij quod non: et ambo nesciunt quid velint. Ignorant enim et rationes distinctionum et conuenientiae. Propterea animaduertendum quod aliqua sunt eiusdem speciei in ratione obiecti: quae non sunt in ratione subiecti eiusdem speciei: ut visus aquilae: et visus hominis in ratione subiecti differunt specie: quod subiectum visus aquilae: ut visorium differt specie a subiecto visus hominis: nam visorium differt specie a visorio. at in ratione obiecti specie conueniunt: nam visus aquilae mouet ab eodem obiecto specie: a quo mouet visus hominis: utpote a colore: et ita vterque visus in ratione subiecti differunt: ratione obiecti conueniunt. Sic caliditas ignea: et caliditas aeris in ratione subiecti differunt specie: quoniam ignis subiectum igneae caliditatis

po dubita? Alexander

po dubita?

po qd d sym bolis.

po nes ex tremc.

po ppria

differt specie a subiecto aeris caliditatis: at in ratio ne obiecti conueniunt specie: quia caliditas ignea et caliditas aerea sub eadem ratione obiecti mouent tactum: igitur subeunt eandem rationem obiecti: quae uero recentiores dicunt: metaphysicam non sapiunt. Et per haec argumenta vtriusq; partis persol uuntur. Tertio quaerunt vtrq; in elementis sint po nendae qualitates virtuales distinctae ab actualibus.

3^o qd d qli ta^o vtrua^o p^o positio

In hoc quaesito sunt duae positiones extreme. Pri ma vult q; in elementis sunt tot qualitates virtua les: quot actuales: vt in igne qualitates actuales sunt caliditas et siccitas: et totidem virtuales. Similiter in ceteris dicatur. Secundo dicit virtuales differre ab actualibus: q; ille magis ac minus recipiunt. hęc mi nime. Persuadent hanc positionem. primo quia in mixtis sunt eiusmodi qualitates virtuales: vt in pi pere caliditas virtualis: et in ceteris id genus. Secun do quia aqua calefacta reducit se: et non nisi per frigi ditatem virtuales. Tertio. quia elementa conser uantur in locis proprijs per eiusmodi virtutes. q; ve ro ille non intendatur: nec remittantur. argumentum patet q; aliter aqua calefacta non reduceret se.

2^a positio

Secunda vero positio tenet q; in mixtis eiusmodi virtutes dantur alic; a formis substantialibus: et qua litatibus primis: in elementis minime. Primum pa tet de vino et pipere: et ceteris id genus: quae actu qui dem fortasse frigida sunt: virtute vero calida. Secun dum vero probant pluribus rationibus: quas omit to nunc. Ego vero cum is concedo in elementis qualitates virtuales nullas esse: propter rones quas tangunt: nec in mixtis eas cedo alias esse ab actua libus: quibus conseruatur forma in materia. verbi causa. complexio piperis potest considerari: vt talis qualitas: et sic generat sibi simile: vt frigiditatem si a predominio actu sit frigida. Et potest considerari vt instrumentum forme piperis: quo illa exit in omnes operationes: in quas potest in materia apta illas re cipere. Si primo modo: sic est qualitas actualis: et semper sibi simile generat. Si secundo modo quali tas virtualis dicitur: et sic instrumentum forme po test generare omne in quod potest forma in subiecto apto affici: et sic qualitates elementorum nec in se: nec respectu forme dici possunt virtuales: at qualitates mixtorum: et si non simpliciter dicantur virtuales: respectu forme virtuales dici possunt: pro quato exe unt in effectus specie dissimiles a se.

Ad rones

Tunc ad rationes patet. Ad primam quidem: quia in mixtis et elementis non est simile: quia forma mi xti est alterius generis a forma elementi. Ad se cundam vero diximus q; aqua reducit se per accidens: in quantum. v3. mouetur ad centrum. Nam aqua ca lefacta est rarior q; debet: cessante autem calefacien te: ipsa mouendo se ad centrum extra quod praeter na turaliter facta est: condensatur. Ad condensationem vero cum auxilio continentis sequitur frigiditas: et ita per accidens in quantum reducit se ad pristinum locum se infrigidat. Ad tertium patuit solutio in alia quaestione: vbi de locatione elementorum dispu tatum est. Quarto quaerunt vtrum quodlibet ele mentum in naturali dispositione existens determi net sibi vtrasq; primas qualitates in summo. Circa quaesitum dici potest q; aut quodlibet elementum vtrasq; sibi in summo limitat: vel neutram in sum mo: vel alteram tantum. quicumq; elementa pura: et

4^a qd vtru est in qd3 li mitet sibi ambas i su mo.

seorsum existere negant: coguntur concedere neutra in summo elementum habere: cum quo tamen vo lunt alteram elementum prius inesse: etiam si ambae sint remissae. Mouentur coniectura accepta a terra: quia si aliquod elementum deberet esse in summo ta le: maxime esset terra in summo sicca: vt Aristoteles testatur. Nodo terra non est in summo sicca: quin sibi humiditas sit admixta: aliter non esset continua. Mouentur etiam per verba Aristotelis. textu com menti nostri. xxvi. vbi voluit nullum elementum esse simplex ac purum: sed esse simile elemento: hęc opi nio disputabitur postmodum: quando quaeretur vtru elementum habeat qualitatem aliquam in summo. Auerroes autem in isto quaesito varius inuenitur: nam tertio celi. comento. lxxv. Inquit. q; ignis non est ignis in actu: nisi in calore et siccitate: quae sunt in summo: idem et in ceteris: et sic secunda positio est: q; quodlibet elementum sibi limitat vtrasq; in summo. Quarto vero meteororum. comento decimo. expf se vult nullum elementum limitare sibi vtrasq; in summo: quia tunc inter contraria elementa non pos set esse actio et reactio: vt deducit: vt nec ignis in aqua: nec aqua in ignem agere posset: quia equipotentes essent in vtriusq; contrarijs. Propterea tenet quodli bet elementum alteram tantum sibi limitare in sum mo: et alteram remisse. verum circa remissionem duę sunt positiones: na alij dicunt remissas esse altera p admix tionem sibi. alij esse remissam p simplicitate: quę dicitur pēdet propter positiones diuersas: quas alij enarra bo. In isto quaesito Auerrois non multum tribuo: quia ipse in ipsius positione non est certus: cum contraria dicat. Propterea saluo meliori iudicio cum prote statione dicendi aliter: si aliter occurrit: dico quodli bet elementum in naturali dispositione constitutum: et seorsum a mixto existens sibi a specie sua limitare vtrasq; qualitates in summo: alteram tamen per pri us et essentialius. verbi causa. ignis est in summo ca lidus et siccus: sed per prius et essentialius calidus q; siccus: aer equaliter in summo calidus et humidus: sed per prius humidus: et secundo calidus: et hoc per regulam Aristotelis in posterioribus. v3. q; quando duę passionēs per se competunt vni subiecto: necesse est vt ordine quodam competant: vt vna per prius: et altera per posterius: non enim possunt duo eque primo alicui inesse: dixi in naturali dispositione con stitutum: quia praeter naturaliter existens has non si bi limitat: dixi seorsum a mixto: iuxta positionem ve riorum: quę tenet elementa pura dari in proprijs sphae ris dixi a specie: quia calidum vt calidum non magis igni competit q; aeri: licet ignis essentialius per spe ciem eius sibi calidum limitet: q; aer: quoniam hęc insunt per se a parte subiecti: et forme subiecti. Et hoc dixit Aristoteles dum inquit. et licet simpliciter qua tuor existunt vnumquodq; vno est: terra quidem. n. sicco magis hoc est per prius: et essentialius est q; frigo re et reliqua. Unde verbis illud magis: quod gre ce est mallon: quandoq; sonat per prius: et quandoq; intensus: hic vero sonat per prius. hanc positionem ideo teneo: quia ad eam minora sequuntur. Et etiam quia non potest facile assignari: vnde sit remissio il lius qualitatis: nisi ad voluntaria deneneris. Sed contra hoc argunt: quia tunc aer non esset conueniens locus habitationi animalium. Respondet Auer roes scdo de aia. com. cxxv. q; aer nō sentit ab aialib:

nisi quando sibi admiscetur corpora extra natura: vt vapores: quia vero in aere animalia oriuntur a consuetudine connaturalis est animalibus. Lic di co q; aer licet sit eque calidus sicut ignis: quia tamen est eque humidus: ideo calor ille humiditati coniu ctus efficitur conueniens habitationi. Et cum arguit q; est in materia densiori: respondeo q; non est in materia densiori conuenienti siccitati. Sed humi da connaturali animalibus: et sic propter humidita tem aeris: et connaturalitatem calor ille non senti tur: proportionabiliter enim humiditas est maior q; densitas: propterea hebes est: et ideo est conueni ens habitationi animalium. Ad formam igitur dice rem q; licet caliditas sit densiori in materia: quia ex cessus humoris est sumus: ideo caliditas illa non sen titur: nam multo maior est humiditas q; densitas.

Sed ambigunt dato q; altera tantum q; litas com petat elemento in summo: quę est qualitas summa ignis: et quę ceterorum elementorum. Primum expo sitor velle videtur q; terre non competat maior sic citas q; igni. Dicit secundo q; nec humiditas aeris est maior humiditate aque. Dicit tertio q; aqua non est frigidior terra: immo terra est omnium frigidissima: primum probat: quia caliditas humorum consumit: sed ignis est calidissimus: et proximus motui celi: igitur maxime siccus. Secundo etiam patet apud ipsos primo quia in aqua est frigiditas faciens ad se fluere humorum: caliditas aeris non facit. secundo quia sen su aqua humidior percipitur. Tertium etiam pro bat: quia frigiditas causatur ex distantia a celo: mo do terra est distantissima: igitur frigidissima. Nouus expositor videtur distinguere de duplici frigiditate. v3. celesti et elementaria: vt de calore dicit Auerroes. duodecimo metaphysice. comento. xvij. Nodo di cit q; frigiditate celesti terra est frigidior aqua: at aqua est frigidior terra frigiditate elementaria: vt se cundo celi comento. xcij. et licet hęc concordia esse possit de frigiditate: de ceteris non couenit. Propte rea dici potest vel fm rem ipsam: vel fm positionem illorum: qui tenent in quolibet elemento naturaliter constituto predominari alteram tantum. Si primo modo: sic quodlibet elemētū limitat sibi vtrasq; in summo: si quidem est in naturali dispositione consti tutum: et tunc nec aer est humidior aqua: nec econ tra: et in ceteris de ceteris idē. Sed ad dictum philo sophi: dico q; Aristoteles vult alteram inesse magis hoc est per prius: vt aeri per prius humiditates: aque frigiditatem: et de ceteris idem: vnde elementa sunt equaliter talia: vt quicumq; frigida: equaliter frigi da: quicumq; humida equaliter humida: quicumq; sicca equaliter sicca: quicumq; calida equaliter cali da: non tamen eodem ordine: nam ignis primo cali dus: aer primo humidus: aqua primo frigida: terra primo sicca. Sed dices. qd est primo tale: est maxime tale: sed aer est primo humidus: igitur maxime hu midus: et per consequens cetera sunt minus humida. Dico q; illud quod est maxime tale in ordine ad sub iecta: est intensissime tale: sed non in ordine ad pas siones: vt licet homo sit primo disciplinabilis: et per prius q; risibilis: non propterea magis disciplinabi lis q; risibilis. Sed si responderemus fm positionem eorum: dicimus q; ignis est maxime calidus: aer ma xime humidus: aqua maxime frigida: terra maxime sicca. Quod quidem ignis sit maxime calidus: omnes co cedunt: et Aristoteles probat: quia maxime congregat

inter similia: q; vero aer sit maxime humidus: et ma gis q; aqua Aristoteles probauit. quia magis termi nabilis termino alieno: q; aqua. est enim aqua plus solida: aer vero terminabilis maxime termino alie no. Nec valet argumentum secundum. quia humiditas aeris minus sentitur propter connaturalitatem: et quia cum calore est vite conueniens. secundo de ani ma. comento. cxxv. primum etiam tollitur: quia frigi ditas aque non magis facit fluere: immo facit humo rem crassiores: q; aqua sit frigidior terra: patet. quia frigiditas aque magis congregat inter similia et dis similia q; terra. Et argumentum de distantia est so lutum per nouum expositorum: q; vero terra sit sic cior igne: patet. q; minus terminabilis termino alie no: nec calor facit euaporare humidum: nisi coniu ctum frigori. v3. aqueum: non autem humidum qua tenus humidum. Unde pace expositoris dixerim: non bene percepit: quę Aristoteles premisit: accepit enim vnde humiditas dicatur: vnde caliditas: vnde frigiditas et siccitas: et tunc pro ratione et definitione illorum ordinauit illas in elementis: et eas maxime elementis conuenire dixit: quibus maxime compe tunt illorum definitiones. Obiter quinto quaerunt vtrum leuitas aeris et ignis sint eiusdem speciei et de grauitate aque et terre similiter. Recentiores tenent. primo q; differunt specie. scdo q; leuitas ignis et aeris sunt eque intense: quando sunt ignis et aer in naturali dispositione constituti. Similiter grauitas aque et terre. Sed non est iustus condemnare ali quem absentem. primo et secundo celi: propterea ra tiones eorum inducam: postmodum dicam aliter. Ob igitur leuitas ignis et leuitas aeris differunt spe cie: argunt primo. quia tunc ex parte grauitatis et leuitatis non possit concludi numerus elemento rum. secundo tunc ad eundem locum simpliciter mouerentur: quia rerum eiusdem speciei idem est locus simpliciter. tertio quę sic se habent: q; vna trahit ali cubi: quo altera non trahit: differunt specie. sed le uitas ignis trahit ad locum: ad quem non trahit le uitas aeris: igitur differunt specie. Quarto leuitas ae ris naturaliter collocatur in sphaera aeris: et non leui tas ignis: igitur differunt specie. Quinto diuersorum corporum differentium specie: diuersę sunt virtutes specie: igitur non potest eadem specie leuitas igni: et aeri inesse. Quod vero leuitas aeris sit aeque intensa: vt illa ignis. probatur primo: quia vel est summa: vel remissa si summa: habetur intentum. si remissa: tunc aer esset mixtus in qualitate motiua: et sic non esset purum elementum. Secundo quodlibet elementum debet limitare sibi qualitatem aliquam motiuam in summo: veluti aliquam alteratiuam. Tertio omnis virtus competens alicui subiecto puro: et per se com petit sibi fm omnem rationem: et in summo. modo le uitas competit aeri: et in naturali dispositione consti tuto: igitur in summo. Hęc sunt argumenta et vires istorum. Sed pace istorum dixerim. probare vi dentur verba Aristotelis q; leuitas ignis et aeris. si militer grauitas aque et terre sunt eiusdem speciei. p mo quicumq; definitione sunt eadem: specie sunt ea dem: sed leuitas aeris et ignis definitione sunt eadē: igitur specie: minor declaratur: nam primo celi textu et comento. xvij. leuitas sic definitur leue est quod na tum est ferri a medio: graue vero: qd natum est ferri ad medium: mo hęc definitiones pertinet illis: igitur spe sione. et ois na celestis neutra ē eiusdē spē omni nāq;

5^o qd d qli tate motiua. pō recetio rum.

Arg^o p p sitione

Lōfutatio

vt secundo celi. cōmento. xlviii. igitur omnis natura leuis omni nature leui: et omnis grauis omni graui. Tertio quęcunq; comparantur in grauitate et leuitate: conueniunt in illis fm speciem: sed terra et aqua comparantur in grauitate: et aer et ignis in leuitate: igitur conueniunt in illis fm speciem: minor patet. quarto celi. tex. com. xxvi. et xxvii. et primo celi. textu com. xvii. ¶ Propter hęc et alia quę dixim⁹ in libro celi: uidetur esse dicendum apud Aristoteles et Auerroem: et Simplicium: et Alexandrum q; grauitas et leuitas possunt accipi pro formis substantialibus elementorum: et pro accidentibus illis formis coniunctis: vt primo celi. cōmento. xxvii. et secūdo de anima. cōmento. cxiij. Si pro formis: sic sicut forma ignis et forma aeris differunt spē: ita leuitas a leuitate: quando quidē forma est leuitas: si vero accipiuntur pro accidentibus consequentibus formis: sic sunt eiusdem spē: et solus differunt fm magis et minus: hoc tenet Auerroes ex parte quarto celi. cōmento. ij. d. graue autē et leue fm cōparationem est illud in quo non est pura grauitas: neq; pura leuitas: sed vtriq; est enī grauis alio: et leuius alio: et reliqua: idēz. Et cōmēto. vi. d. Illud autē quod est minor grauitatis: est ex genere grauis simpliciter: et non differūt: nisi fm magis et minus: ppter illud quod miscetur eis ex altero contrario quod est leue: et reliqua. Et cōmēto. xvi. dicit. Est q; graue et grauius fm cōparationem eiusdem generis sunt: s; differunt fm magis et minus: vt aqua et terra: quę sūt in genere grauis simpliciter: sed differūt fm magis et minus: et sicut ignis et aer: qui sunt ex genere leuis simpliciter: et accipit genus pro specie. ¶ Verum p solutione ad argumēta animaduerte. pmo q; grauitas et leuitas possunt dupliciter accipi. vbi in ratione qualitatum: et sic sunt vt dixit Auerroes omnes leuitates eiusdem speciei: et omnes grauitates similiter. Si in ratione instrumenti: cum vt sic sortiantur differētiam et esse a formis agentibus: differūt specie aliquo modo. ¶ Tūc ad primum dico q; ex parte leuitatis et grauitatis potest colligi nūerus elementōz: accipiēdo illas pro substantijs: non pro accidentibus: q; sic ex nūero motuuz accipiūtur: vt p; in cōmento illo. xvii. primi celi. ¶ Ad secundum dico pmo q; bene mouerent ad eūdem locum simpliciter si essent equales in gradu in vtroq;: et eiusdem speciei in ratione instrumenti modo: vt Auerroes dixit: leuitas aeris est remissa: et in ratione instrumenti differt spē ab illa ignis. ¶ Ad tertium eodem modo dicas: quādo enim eēt equales in gradu: et eiusdem speciei in ratione instrumenti: tunc quo vna traheret: et alia etiā. ¶ Ad qrtū eodem modo dicendū q; differunt loco non specie: s; fm magis et minus: vnde vt leuitas: ita et locus: est enīz elementorum duplex locus: et a medio: et hic leuib; cōpetit: et ad medium: et hic grauib;: ita etiā duplex qualitas motiua. leuitas: et grauitas. ¶ Ad qntū maior est vera de accidentibus et virtutibus et passionibus proprijs: et essentialib;: modo leuitas est quoddam accidens cōe igni et aeri. ¶ Tūc ad primam pro alia conclusione Auerroes concedit q; aer nō est simplex in qualitate motiua: sed mixtus: est tamen simplex penes qualitates alteratiuas. ¶ Ad secundum negaret maiorem Auerroes: quia motiua qualitas non est propria passio et essentialis: sed cōmune quoddam. ¶ Ad tertiam similiter intelligitur: quādo competit illi subiecto per se: vbi autem competit cōmuniter: non oportet. ¶ Sed ambiges vnde aer

ppria

Nota

Dub:

habet remissam leuitatem: et cum admixtione grauitatis: ignis vero non. ¶ Ad hoc dici potest illud esse propter duo. Primo propter formas substantiales: quia forma ignis differt a forma aeris. Secundo propter qualitatum proportionem: quia ignis constat p; portione calidi et siccī: aer vero p; portione calidi et humidī: modo ad proportionem primam sequitur q; litas illa intensa: ad secundam vero qualitas illa remissa. Hęc sunt quę probabiliter sustineo: q; si aliter aliquando videbitur: aliter etiam dicere non recusabo. Ego enim cum in naturalibus nihil certi habeo: illud defendere enitar: quod magis pro tunc cōsonat: semper tamen cum protestatione dicendi aliter: si aliter occurrerit: pertinacitas enim in opinione non est digna philosopho. hęc de questione.

¶ Sexto quęrunt vtrum sit dare aliquod elementum purum: hęc dubitatio est tacta superioribus: verum quia a recentioribus hic speciatim tangitur: ideo aliqua etiam adiciam. ¶ Alchimici aiunt nullum elementum esse purum nec in substantia: nec in qualitate. Immo omne esse mixtum mixtione elementaria: dici tamen elementum: non quidem simpliciter: sed a p; dominio. ¶ Hanc positionē videtur sentire Zucenna: vt Auerroes narrat primo de generatione. cōmēto vltimo: et est expresse Constantini. libro de elementis: et videtur Auerrois secūdo de anima. cōmēto. cxv. et Aristotelis vt in hoc secundo patet. tex. cōmēto nostri. xxvi. Addunt tamen q; fieri potest vt elementum purum extrahatur ex quolibet mixto. Immo fingūt quintam essentiam e quolibet mixto extrahi posse. ¶ Contrariam positionem tenent oēs et concedunt dari extrema saltem aliqua in parte pura: vt ignem et terram: et hoc substantialiter et qualitatiue: de medijs vero aiunt: aerem et aquam substantialiter esse pura: omnia tamē qualitatiue mixta. Primo probant. quia ignis et terra sunt in locis extremis: sed mixtiones fiunt in intermedijs. Secundum patet: quia hęc elementa sunt in medio: ideo mixtionem habere debent. Sed certe (vt diximus alis) in hac re nihil certi est: et nec opinionones nec argumenta sunt necessaria: vt patet consideranti.

¶ Sed circa hęc occurrunt dubitationes. Prima vtrū caliditas potest in infinitum intēdi in quantum caliditas. Secunda. dato q; sic penes quid accipitur puritas elementi. Tertia. vtrum caliditas vt caliditas possit in infinitum remitti. ¶ Ad primam respondēt aliqui q; repugnat caliditati vt caliditas est: intēdi in infinitum: et hoc probant primo. quia sicut cęlum ad extensionem: ita caliditas ad intensiōem: sed repugnat cęlo vt cęlum est in infinitum extēdi: igitur caliditati repugnabit intēdi. Secūdo quod sibi nō potest conuenire: eidem repugnat: sed caliditati intensio in infinitum conuenire non potest. igitur sibi repugnat: minor declaratur: quia si posset conuenire: aliquando conuenisset: vel aliquando conueniret: per regulam de possibili. Tertio quod est indifferens ad finitum et infinitum: sibi non competit finitas: nec infinitas: igitur fm se non potest crescere in infinitum. ¶ Animaduerte apud Auerroem pluribus in locis q; aliqua propositio est vera per se: et falsa per accidēs vel sub alijs verbis aliqua est vera per rationem generis: quę est falsa per rationes speciei: hoc est aliqua est vera reduplicatiue: quę est falsa simpliciter siue absolute. verbi causa: hęc est falsa absolute. omne animal potest videre: quę reduplicatiue est vera.

Solo

6º qdº ele
mētoz puritate.

7º alchi
micorum.

8º tria

Dubōnes

9º qruº
ad pmaº.

10º propº

vt. omne animal potest videre in quantum animal: q; etiam talpa potest videre in quantum animal. Similiter hęc est falsa absolute. omnis motus potest velocitari in infinitum: quę reduplicatiue est vera. vt. ois motus potest velocitari in infinitum in quantum vt. ois motus: sic in proposito hęc est falsa absolute. omnis caliditas potest in infinitum intēdi: quę tamen est vera reduplicatiue. vt. in quantum caliditas. probatur. quicquid non repugnat speciei: non repugnat indiuiduis sub ratione speciei: modo infinitas nō repugnat speciei: linea enim finita et linea infinita sunt eiusdem speciei: similiter et caliditas finita et caliditas infinita. ¶ Ad primum respondeo q; similitudo nō est cōueniens: quia extēsiō competit cęlo vt quantum: intensio competit caliditati vt quale: modo quantum per accidēs competit cęlo: quale per se caliditati. ¶ Ad secundum nego minorez. Ad probationem dicas regulam illam de possibili esse veram in possibili absolute: et non reduplicatiue: nam potest talpa videre in eo q; animal: nūquam tamen vidit nec videbit: quinto metaphy. textu cōmēti. xxvii. ¶ Ad tertium concedo maiorem q; sibi non competit alterum fm inclinationem naturalem: atñ sibi non repugnat: et hoc sufficit ad proponem de possibili reduplicatiue. ¶ Ad secundam dubitationem respondēt bi vdem: et volunt q; si caliditati quantum est de se competeret posse in infinitum intēdi: ad hęc penes esse infinite intensum non deberet sumi puritas elementi ignis: et sic in ceteris. probant. quia hęc infinita intensio esset p;ternaturalis igni vel elemento: et sic penes hęc nō debet attendi eius puritas. ¶ Sed hęc positio est de directo contra Auerroem: nam ipse ponit formas elementorum intēdi et remitti proportionabiliter fm intensiōem et remissionem qualitatum: quo stante sequitur q; si ignis non esset infinite calidus: eēt remisse calidus: et sic remisse ignis: et ita alteri cōmixtus: et per consequens non purus. ¶ Propterea dicendum infinitam intensiōem caliditati simpliciter et absolute repugnare: licz non repugnet reduplicatiue: propterea elementum potest esse purum: dato q; caliditas non sit infinite intensa: et sic puritas elementi penes simplicitatem elementorum attenditur: ita vt illud simplex dicatur elementum: quod ex plurib; nō constat elementis. ¶ Ad tertiam dici potest vt ad p; mam: verum q; questio illa potest extēdi ad materiam de minimis: volo hęc satis esse et sic de questioe.

Solones
ad argº pº
positionis

11º ad 2º
pº

12º solutio

13º ppria

14º xxix.

rari: nisi generentur et corrumpantur: quare si p; altera ratio: saltes per accidēs patet generatio: ea igitur generari reciproce supponatur: p;pterea quęrit vtrum quodlibz ex quolibz fieri possit: an quędas effici possunt e quibusdam: quędam vero non.

¶ Quod quidem igitur omnia inuicē apta sint transmutari: patet. nam generatio in cōtraria et ex cōtrarijs est: elementa autēz omnia habent inuicem cōtrarietatem: cui; differētię contrarię sint: s; quidem enīz vtraeq; cōtrarię: veluti igni et aquę. nam hoc quidem siccum et calidum: illud vero humidum et frigidum: s; vero altera sola: veluti aeri et aquę: nam hoc quidem calidum et humidum: illud vero frigidum et humidum: patet igitur vniuersaliter quodlibet ex quolibz esse aptum generari.

¶ Tūc pbat quodlz gnari ex quolz: et arguit sic qd lz cōtrariū est aptū generari ex suo vrio: s; quodlz elementū est vriu cui lz elnto. igr quodlz elntuz effici pōt ex quolz: maior p; p se: et p definitionē vroz: vria enī sunt: vt. xº metaphy. d;: quę sunt apta inuicē trāsmutari: minor declarat iductioe: qñ qdaz elemēta sunt vria in vtrūq; qlitatib;: vt ignis et aq; aer et terra: qdā i altera tātus: vt ignis et aer: aqua et terra: et sic oia sunt vtraria saltem in altera. quę dicit patent.

¶ Quomodo iam res sit fm vnum quodq; non est difficile videre: erunt enīz omnia q; dem ex omnibus: differt tamen illud penes velocius et tardius: facilius quoq; et difficilius: quęcunq; quidem enīz cōmuniones adinucem habent: horum trāsmutatio velox est. Quęcunq; vero non habent: tarda est: naz facilius est vnum q; multa transmutari: veluti ex igne quidem erit aer: illo facilius transmutato: nam illius quidem erat calidum et siccus: huius vero calidum et humidum: vnde si siccus ab humido exuperabitur: aer erit. Amplius autem ex aere aqua: si calidum e frigidū deuincet: erat. n. illud humidum quidem et calidum: hoc autem frigidum et humidū: vnde calido resolutū: aqua erit: simili autem modo ex aqua fit terra: et ex terra ignis: vtrūq; n. ad vtrūq; cōmunionem habet: aqua quidē enim frigida et humida est: terra autē frigida et siccā: iccirco hūido exuperato: terra erit. Amplius quoniam ignis quidem siccum et calidum: terra autem frigidum et siccū: si corrumpitur frigidum: ignis erit ex terra.

tum localem concurrant illa tria principia: et ad generationem etiam: ut concurrant: necesse est. Sed ut diximus: nisi Aristoteles hoc (ut declaratum supponat) per ignotius procederet. Ad secundum. primus expósito innuit responsiones: quod videlicet materia dicitur non equiuoce de caelesti et generabili: sed analogice: quod etiam Auerroes in commento. 50^{mo}. Modo analogia tollit sophisticacionem syllogismi. Animaduerte tamen quod materia caeli: et materia generabilium possunt considerari in ratione potentiae: quae est ratio metaphysica et in ratione potentiae transmutabilis: quae est ratio physica. Si quidem consideretur in ratione metaphysica hoc est in ratione potentiae: sic sunt eiusdem speciei: et rationis: quod utraque potentia est ad actum. at si in ratione physica hoc est in ratione potentiae transmutabilis: sic ratio materiae non est eadem utriusque: quia materia caeli secundum doctrinam Aristotelis et Auerrois: est in potentia secundum diuisionem contingentis tantum: hoc est ad esse tantum: et materia corruptibilium est potentia secundum utrumque. v. ad esse et non esse: ut dicit Aristoteles. Si forma potest dupliciter considerari in ratione metaphysica prout dat esse tantum: et ut refertur ad potentiam: et sic forma caeli: et forma corruptibilis vniuersum sunt rationis. at si in ratione physica consideretur: sic forma dicitur analogice de forma caeli et corruptibili. Si utrumque et agens: potest considerari in ratione principii: et in ratione motoris: et eodem modo: ut diximus. Ad secundum dubium catholicus debet discordare a philosopho. nam philosophus vult quod causa contingentiae sit sola materia: vel in se: vel in quantum participatur: propterea voluntas humana est contingens: quoniam participat materia: quod saltem est in materia: vel presupponit cognitionem: cuius principium fuit phantasma in materia constitutum: propterea quod voluntas liberata penitus a materia: ut voluntas dei: et cetera intelligentiae: sunt necessariae: quod nec sunt in materia: nec principium cognitionis est in materia. Catholicus vero. quod ponit quicquid est citra deum contingens: et solum deum necesse esse: cogitur ponere deum ad extra comparari contingentem: propterea libere et ad utrumque: quod obiectum intellectus est contingentis. at ad intra comparari necessario: quod obiectum est necesse esse. Sed haec aliorum relinquo. Ad tertium quod videtur exposito nouus: Aristoteles (ut mihi videtur) de principijs loquitur per se: cuiusmodi non est prauiatio non inuicem reducibilibus saltem secundum rationem: quod dico propterea finem: qui penitus cum forma ipsa coincidit. tu vero lege dicta noui expostiois: et placebunt.

Ad scd. Nota Solo ad 2^m

Alij quidem putant ad generandum sufficientem causam esse ydearum naturam quae admodum in phaedone Socrates: ille namque quod alios incusans tanquam nihil dicentes: supponit eorum quae sunt: haec quidem esse ydeas. illa vero ydearum participia: et cum vniuersum quod quidem esse dicatur ydae participatione: illius vero susceptione generari: corruptioque abiectioe eiusdem: iure si haec vera sint: ydeas et generationis et corruptionis causas extimandas esse aiunt. Alij vero materiam ipsam sufficere: argumento quod ab ipsa motus existit.

Co. lxxxi.

nunc duas de agente somniationes asserit. Prima fuit Socratis et Platonis in phaedrone. Alia physicoz. Ad euentiam primi animaduertendum quod Plato ydeas posuit ex parte agentis: et ex parte formae. Extimauit enim rerum has esse per essentias formas. Has esse participes illarum: tunc vult quod res participes sint illarum participatione. generetur illarum susceptione: corruptantur illarum abiectioe. imaginantur enim ut Themistius iquit. In primo de anima. capite. xxij. Ideas esse formas rerum a formando: non ab informando. nam quemadmodum e luce est illuminatio: sic a forma formatio: et quemadmodum generatio luminis est et praesentia lucis: illius corruptio ab absentia: illiusque esse illuminatum a participatioe lucis. Sic rerum esse est participatioe idearum: illarum generatio est illarum formatio: illarum corruptio illarum priuatio. Est autem formatio ab ydeis proueniens in animalibus vita sensitua: in plantis vegeta tiua: in rebus inanimatis forma particularis. Utruz vero haec siue formatio siue suscepio sit creatio formae ab ydeis facta: vel sit generatio: in libro. xij. metaphysice. et in libro de intellectu disputauimus: et sic ydeae erunt rerum formae formantes: non informantes rerum agentes cause informationes praebentes. De hoc est prima positio de agente. Secunda positio fuit physicoz dicentium nullas esse causas agentem praeter materiam: sed materiam sufficere ad generationem. argumento quod ab ipsa motus est generationis et corruptionis. Quae autem patet. Laborare hic de positioe Platonis inutile est: maxime cum in primo de anima: et alibi rem hanc tetigerit.

Sed neutri bene dicunt: si quidem enim est causa ydea: existens semper tanquam ydeis: quae aptis participare: propter quid non semper perpetuo generant: sed interdum quidem sic. interdum autem non. Obicit Aristoteles contra utrosque: et pro contra Platonem et ratio est hypothetica apud Auerroem sic: si ydea est causa generationis vna cum subiecto apto participare hoc est suscipere et abicere: tunc perpetuo et semper ydea generaret. probat consequentiam: quia agente aeterno et passo aeterno: effectus est aeternus: ut in tertio de anima. declarauimus ad mentem Themistij. Tangit autem Aristoteles argumentum in forma questionis. et res patet. Animaduerte: ut ex Auerrois paraphrasi: et nouo expostore colligitur: quod Plato duo principia sufficientia ponit ad generationem. videlicet ex parte agentis formas: quas ydeas graece vocat. dictas formas a formando non informando. ex parte materiae. illud quod graece dicitur methecticon. hoc est participans: siue susceptiuum. In quantum quidem ponit haec principia sufficere: patet non esse necessarias dispositiones: quibus mediatis ydeae generent. quatenus vero ponit formas et separatas: etiam necessarium non est illas debite passo applicari: hinc patet vis rationis Aristotelis agente et subiecto perperuis existentibus sufficienter affectis: ac debite applicatis: effectus erit perpetuus: et sic generatio erit semper.

Amplius autem in quibusdam agentem causam aliud quoddam existere videmus: sanitatem enim efficit medicus: et doctrina

nam doctor: qui et a sanitate ipsa: et a doctrina: et a participe aliud sunt. similiter autem in caeteris facultate operantibus. Secundo arguit. ut in arte: ita in natura: sed in arte agens est aliud ab ipsa forma: et a subiecto. igitur et in natura. aut sic. ut in arte ita in natura: sed in arte agens proxima et particularia concurrunt praeter formas. igitur in natura. Inquit. Amplius autem in quibusdam: subaudiatur agentem causam aliud quoddam existere videmus: subaudiatur forma et participe. sanitatem enim efficit medicus: et doctrinam doctor: existente sanitate et doctrina et participe. sic graece ad verbum iacet: sed ut clarius esset translatus: qui doctor et medicus aliud sunt et a sanitate et doctrina et participe: similiter autem videtur in caeteris facultate operantibus. ut in mechanicis et actiuis. hi enim artifices facultate operantur: pro quanto habitu disciplinam: qui est facultas quaedam: quae graece dicitur dynamis.

Si quis vero materiam ipsam propter motum generationem efficere asserat: naturalius certe proficitur his qui modo illo loquebantur. nam alterans et transformans generatiois magis causa existit: et in omnibus ita similiter his quae natura sunt: quae his quae ab arte: illud agens nuncupare assolemus: quod motiuum existit. Tunc exequitur de secunda positioe. Primo tamen comparat positionem physicoz ad illam Platonis: et vult quod positio physicoz qui dicunt materiam esse causam generationis propter motum: hoc est propter inclinationem et dispositiones quas habet ad formas: naturalior est illa Platonis. nam materia cum motu magis conuenit cum vero agente: quando quidem agens in omnibus per motum definitur. Sed dubitares forte: quia differentia in genere maior est quam differentia in specie: sed materia differt in genere ab agente. quando quidem materia sit potentia passiva: agens actiua potentia. Sed haec differunt genere: ut patet. at ydea et agens physicum non differunt genere: quoniam utrumque in genere potentiae conuenit. Dicit potest quod Aristoteles non dicit verior esse positionem physicoz. sed naturalior: quia seruat motum: quo definitur in physice agens.

Sed neque hi recte sentiunt. nam materiae quidem est pati ac moueri. mouere autem ac efficere est alterius potentiae: et patet hoc tam in his: quae arte: quam in his quae natura sunt: non enim aqua ipsa animal facit ex se ipsa: neque lignum lectum: sed ars ipsa: quae propter ista dicunt non recte. tum propter hoc. tum quia principaliores causas omittunt. Auferunt enim quod quid erat esse: et formam. Arguit modo contra positionem. primo. quia materia et agens non coincidunt: ut syllogizetur sic. ea non coincidunt: quorum vnum mouet et agit: alter mouet et patitur. Sed agens mouet et agit: materia mouetur et patitur. igitur non coincidunt. minor declaratur.

Co. lxxxij. Co. lxxxijij. Co. lxxxijv.

In natura auctoritate thales: quia aqua se ipsa non facit animal. et in arte quia lignum seipso non facit lectum. Amplius hęc positio videtur deficiens: quia omittit principalem causam: formam videlicet. quod est quod quid erat esse: et quiditas siue ratio.

Adhuc autem et potentias corporibus tribuunt: propter quas instrumentaliter agunt auferentes videlicet causam secundum speciem. cum enim aptum sit ut aiunt calidum disgregare: frigidum autem congregare: et caeterorum id genus hoc quidem agit. illud vero patitur: ex his et propter haec caetera alia generari et corrumpi inquit.

Co. lxxxvi

Tertio arguit. et potest argumentum intelligi secundum expositorem: ut sit ratio secunda clario modo exposita: et potest litterę consonare: et potest intelligi apud Averroem. ut hęc sit tertia ratio et noua: et litterę magis consona: et ratio est hypothetica sic. si solis corporibus insunt potentie: quatenus materia: tunc sola agentia instrumentalia erunt: et principale quod per excellentiam dicitur secundum speciem non erit. Inquit. Adhuc autem et potentias corporibus tribuit: propter quas instrumentaliter agunt. auferentes videlicet causas secundum speciem. est igitur vis hypothetica si potentie tribuntur corporibus: ut instrumentaliter agant. igitur sola instrumenta agunt. verbum illud instrumentaliter grece est lian organicos hoc est valde organice. ego autem usus sum vno verbo: ut clarius esset. declarat hypotheticam. d. cum enim aptum sit ut aiunt calidum disgregare. frigidum autem congregare: et caeterorum id genus hoc quidem agit. illud vero patitur: ex his uti ex materia: et propter hęc uti propter instrumenta caetera alia et generari et corrumpi inquit. Est igitur hypothetica. si corporibus insunt virtutes: tunc non datur aliquod agens principale.

Sed videtur ignis ipse et moueri et pati: Adhuc autem simile faciunt quemadmodum si quis ferrae instrumentorumque unicuique auctoritatem tribuat agendi. erit enim necesse tunc ferram ipsam existente diuisionem esse: scalpello quoque et sculptionem: et similiter in caeteris id genus: quare et si maxime agat atque moueat ignis: modum tamen quo efficacius instrumentis moueat: non animaduertunt.

Co. lxxxvii

Destruit consequens. erat enim hypothetica. si corporibus insunt virtutes: non dabitur agens principale. destruit modo consequens. primo. quod videtur ignis et moueri et pati in propria sphaera a celo. igitur ultra vires naturales corporibus physicis tribuitur est virtus celi principalis. Secundo. si hęc erunt instrumenta: tunc oportet dare causas principales: quia instrumenta sine principalibus non agunt: ut ostendit exemplo. propter hoc concludit quod isti concedunt ignem magis agere quam caetera: et tamen non vident unde sibi hoc competat. hoc autem adicit: quia oportet hoc igni competere: quia agit in virtute celi: et per consequens oportet esse aliquod agens principale. et quia litteram transi-

li ad sensum: ideo lege. sed videtur ignis ipse et moueri et pati subaudi a celo. igitur celum est principaliter agens. hęc est prima ratio. Deinde arguit secundo. d. Adhuc autem isti physici simile faciunt quemadmodum si quis ferrę instrumentorumque unicuique auctoritatem tribuat gignendi siue agendi hoc est potestatem agendi siue artificis. grece verbum verbo reddendo est que admodum si quis ferrę et unicuique instrumentorumque tribuat causam eorum que fiunt: quod cum minus sonet modo illo transiuli. si quis tamen barbarie afficeretur sic potest legere. declarat falsitatem consequentis. d. erit enim necesse tunc. subaudi ferram ipsam existente diuisiones esse: scalpello quoque et sculptionem: et similiter in caeteris id genus. Sed verbum verbo est: erit enim necesse ferram existere incidi: et scalpente delere: quod non sonat. nam verbum illud prius pro ferram sumit: et xeon pro scalpello siue instrumento tali. deinde infert inconueniens. d. quare: et si maxime agat atque moueat ignis: modum tamen quo caeteris instrumentis: ut ferram et scalpello: et id genus: agat. non videtur. Animaduerte quod chiron grece est latine prior siue minus cum omega: sed cum omicron sumitur ab operari: et sic transiuli efficaciter siue operosius et sic sonat.

Nobis vero generatim et de causis dictum est. nunc de materia et forma definitum. insuperque et motum coelestem sempiternum esse demonstratum fuit: his existentibus: necesse est et generationem esse perpetuam. motus enim coelestis perpetuo generationem facit: argumento quod generans ipsius adducit et abducit.

Constat positionibus his de agente: nunc prosequitur de eo secundum positionem propriam: et facit entimema: ubi in antecedente sumit tria dicens. Nobis vero et de causis generatim dictum est. in secundo physicoz. nunc speciatim de materia et forma definitum est. Insuperque et tertio motum coelestem sempiternum esse. in libro celi demonstratum fuit. Hęc sunt tria. Animaduerte quod motus celi grece ab Aristotele in libro celi. phozas nuncupatur. eo quia fert stellas. ego tamen transiuli motum coelestem: quia nobis aliter non sonat. Istis tribus acceptis infert consequens. d. his existentibus: necesse est et generationem esse perpetuam siue (ut sophistice loquar) perpetuas esse generationes: quod probat dicens. Motus enim coelestis: qui et phozas dicitur: perpetuo siue actualiter generationes facit: argumento quod generans ipsius siue solem adducit ad apicem nostrorum capitum: et ab apice nostro abigit. docet enim obseruatio quod cum sol accedere incipit ad nos: ut in vere ipso primam arietis partem decurrens: generatio rerum incipit. ipso vero recedente (quod fit in autumno) decurrete eo per primam libri partem: corruptio incipit.

Simul autem patet mobiliu ea bene priora esse dicendum: quae latrone mouentur: non autem quae generatione. itemque multo rationabilius est permanes esse causam generationis illius quod non permanet: quam non permanes esse sit permanentis: sed quod quidem fertur permanet.

lxxxviii

quod autem generatur: non permanet: unde et latro generatione ipsa prior est.

Co. lxxxix.

Entimema probat primo. quia quod est prius essentialiter est causa omnium posteriorum. sed in libro celi. et in viii physicoz. declaratum est quod motus celi sit prior. igitur est causa omnium aliorum motuum. de ratione tangit minorem tantum dicens. Simul autem patet mobiliu ea bene priora esse dicendum: que subaudi latrone mouentur. non autem ea est dicere priora: que mouetur generatione: in translatione omisi verbum dicere: quod non sonat. vel forte: et sic melius iuxta grecum. simul autem patet. si priora bene dicta hoc est descripta sunt mutationu prima est omnium latrone. non autem generatione: sed siue sic. siue sic Aristoteles vult habere quod motus celi sit prior alijs. et prius quod sit causa ceterorum. Secundo arguit. duorum quorum vnum est permanens alterum desuens illud est causa magis dicenda: quod permanet quam quod non permanet. Motus celi permanet generatio transit igitur motus celi magis generatiois causa est. quam e contra. Animaduerte quod on grece latine ens est. sed hic pro permanere sumit. sicut et verbum est. et cetera id genus. aliter sensus esset obscurus.

Cum suppositum sit atque ostensum perpetuam rebus existere generationem atque corruptionem: dixerimusque gignendi latronem causam esse: dicimus quod vna quidem existente latrone: non vtriusque fieri contingere. contraria enim sunt. nam idem et semper similiter se habens: idem natus est agere.

Com. xc.

Deductum est phozas hoc est latrone siue motu coelestem causam esse perpetue generationis. nunc vult quod latro vniuersalis que motus diarius est: quo totum firmamentum et planetę mouentur ab ortu in occasum: non est causa perpetue generationis: atque perpetue corruptionis. et syllogismus sic componitur. contraria non proficiscuntur ab vniuersali et eodem modo semper se habent. generatio perpetua et corruptio perpetua sunt contraria. et motus diarius vniuersalis. igitur non pueniunt a motu diario ambę. resumit primo que fecit. d. cum suppositum sit atque ostensum perpetuam rebus existere generationem atque corruptionem: ut patuit in primo huius. quod generatio vniuersalis est corruptio alterius: et quod materia est eterna et agens eternum: dixerimusque primo textu gignendi latrone causam esse: dicimus subaudi nunc quod vna quidem existente latrone non vtriusque generatione perpetua et corruptione perpetua fieri contingere. Hęc est conclusio. deinde tangit vniuersalis. d. contraria enim sunt. deinde apponit vim maioris. d. nam idem et semper sicut se habens: idem natus est agere. hic igitur patet et motu diario non effici vtriusque. Sed quęres primo. utrum ab aliquo agente non variato nec transmutato possint immediate progredi plura et diuersa: ut ceterum de agente naturali propositio Aristotelis est vera. et ab omnibus concedenda. de agente per intellectum sic propositio non est vera: expositio nouus dat causam. quod agens per intellectum agit intelligendo hoc est in quantum intelligit res. agens vero naturale. put est: atque esse habet. et quod intellectus vnus potest plura intelligere absque sui variatione. igitur plura agere. sed cum idem non possit plura esse. ideo agens naturale non potest plura agere. dicit tamen quod siue sic. siue sic propositio Aristotelis est vniuersalis. idem quatenus idem semper: idem semper facit. quod licet agens per intellectum vnum manens possit plura agere non agit quatenus idem. sed per diuersas rationes intelligendi: quare

An idem faciat idem.

ideas dicunt: ut notat Averroes. xii metaph. omnis xviij. et xxxv. et sic propositio philosophi dupliciter habet locum: tum quod loquitur de agente naturali: cuiusmodi est motus diarius. tum quod ait idem quatenus idem facere idem. quod est verum in omnibus agente. Sed ut diximus theologus et philosophus discordant. philosophus enim vult ab eterno simpliciter agente siue per intellectum: siue per naturam non conuenire nouum nisi aliqua nouitas sit vel ex parte agentis. vel ex parte subiecti recipientis: vel ex parte vtriusque: vel ex parte tertij extrinseci ab vtroque. ut declarat Averroes. xij. metaph. com. xi. et viij. physice auscultationis omnis. viij. et vi. et xv. ex parte vtriusque quidem. ut si ignis appropinquet stuppe et stuppe igni. ex parte agentis tamen. ut si ignis stuppe appropinquet. et non e contra. ex parte subiecti vero. si contra stuppe appropinquat igni. ex parte extrinseci. ut si agens sit per intellectum: et proceperit agere. pro certo dato tempore: tunc adueniente tempore: et facta mutatione in aliquo extrinseco effectus exhibet in actum a voluntate antiqua. ut dicit. Mouetur autem philosophi ad hoc duobus principijs. quorum primum est. quod omnis relatio noua requirit nouum fundamentum vel ex parte agentis vel recipientis vel vtriusque: aut tertij extrinseci. ut Averroes dicit. locis dicti. Secundo. quia omne agens quod contingenter agit. ideo agit. quod vel est in materia: vel mouetur ab aliquo materiali: vel aliquo modo materia participat. si igitur est agens per intellectum et penitus liberatum a materia: non potest diuersa agere: quod est necessarius et necium ad quodcumque comparat: necessario se habet. si in materia constitutum: agit semper ex aliqua variatione. theologus autem quia causas totale contingente et variationis ponit voluntatem. nam hęc est prima propositio contingente. voluntas vult diuersa: et nulla est causa: nisi quod voluntas: et tunc sequitur quod agens per intellectum et voluntatem potest agere contraria: et nulla alia causa: nisi quia agit intellectu et voluntate: et sic theologus ponit duo principia. primum. potest aliquod agens nouus agere nulla facta nouitate ex parte agentis nec ex parte passivi: nec ex parte vtriusque: nec ex parte extrinseci: ut de agente per intellectum et voluntatem: et causa est: quia relatio effectus ad ipsum est realiter idem cum effectu: et sic simul est effectus et relatio: nisi forte sit ordo rationis. Secundo. precipua causa contingente est voluntas. maxime contingente agendi: forsitan enim contingente patiendi materia ipsa est causa: et in his apparet quod diminute sit locus expositio nouus: qui simpliciter loquitur: inter philosophos: et theologos nullam facere videtur differentiam. verum de re hac multa scripsimus nostra in adolescentia in libro destructio destructionum.

Quare vel generatio semper erit: vel corruptio iccirco oportet plures esse motus atque causas aut videlicet latrone ipsa: aut variatione: quando quidem contrariorum contrariae sunt causae.

Potest syllogismus factus formari cathogorice: ut dictum fuit: et hypothetice: si hypothetice: sic formabitur: si a motu diario vniuersali et equali proficiscuntur generatio et corruptio: vel generatio semper erit vel corruptio. vult intelligere consequentis destructionem: ideo dat oppositum antecedentis. d. iccirco subaudi si ambę sunt semper: oportet plures esse motus atque causas: dico plures: aut videlicet latrone ipsa ita quod sint duę latrones: aut variatione: ita quod sit vna: sed non vniuersalis: sed varia cuius causas repetit: quando quidem contrariorum contrariae sunt causae.

Co. xc.

Quo fit vt nō prima ipsa latio generatio- nis z corruptionis causa sit: sed ea quae cir- ca obliquum est circulus. haec nāqz z per- petua est: z variatione gemina existit: q̄ si perpetua sit semper generatio ipsa atqz cor- ruptio: necesse est eam esse motationem q̄ dem semper: ne v3. desint transmutationes ipsae. geminam vero: ne alterum tantuz cō- tingat. igitur perpetuitatis quidem totius causa est latio ipsius: accessus vero atqz re- cessus obliquas eiusdē. hac. n. euenit vt iter- dum quidem longe fiat. interdum vero p̄- pe. interuallum nāqz inaequale cum sit: va- rium efficit motum: quare si accessu z vici- nitate generat: recessu z longinquitate idēz ipsum corrumpet: atqz si frequenti accessu generabit: frequenti recessu corrumpet: nā cōtrarioz causae contrariae sunt.

Co. xcy. Motus celestis: qui gr̄ce phozas (vt diximus) nū cupatur: duplex est: alter quidez diarius: ab ortu. v3. in occasum. in viginti quattuor horis. Alter huic (vt ita loquar) oppositus ab occasu in ortum: quo mouē- tur omnes planetē: z duo luminaria: stellēz ipse fixē varijs tēporibus f3 naturas proprias. p̄mo nāqz mo- tu omnes mouent natura quadam cōi: z vt alijs pla- cet) motu raptus. Motus diarius vniformis quidē z regularis. regularis quidez: quoniā respectu centri propriū semper equalis: vniformis vero: quia quo ad nos semper horis. xxiiij. perficitur. Mot⁹ vero huic cōtrarius regularis quidē est: qz singula stella respec- tu centri propriū equales arcus describit: saluatis saluatis: nō tamē vniformis: quia respectu centri no- stri inaequales arcus describunt. Insuper sol cui po- tissimum generandi auctoritas tribuitur: ad apicem nostrorū capitū vario motu mouetur: qz accedit: z re- cedit: quo fit vt motus solis in cōdiaco sit perpetuus vno modo: z geminus alio modo. ea enī ratione qua circa centrū p̄p̄ius perpetuus est: z vniformis ac re- gularis: perpetuus est. ratione vero: qua ad apicē no- strorū capitū varie se habet. geminus existit. vltē- rius motus ille qui simul generatio est vnus: alteri⁹ corruptio: vno modo vn⁹ z perpetuus est. altero mo- do geminus. ea ratione qua nūq̄ deest alicui parti mūdi perpetuus ē. ea ratione qua p̄paratur diuersis geminus motus est: vt ad nos generatio: ad illos cor- ruptio: vel cōtra. Ex hoc patz. motuz hunc qui simul est generatio z corruptio motui solis in obliquo esse tribuenduz. nam vt ille perpetuus z geminus existit hic perpetuus z gemin⁹ est: z hęc p̄hs ait. quē peripi- cua sunt translatione t̄n: veruz quia multi barbarie magis afficiuntur: vt ne credant me verba fugere: le- go litteram more barbarico. Ideo z non prima latio causa est generationis z corruptionis: sed quē est cir- ca obliquūz circuli: z sic phoza duplex est: prima dia- ria: z obliqua. In hac enīz z continuū vnum est: z mo- ueri fm duos motus: z sic est vnitas z duplicitas. ne- cesse enim si semper est perpetua generatio et corru- ptio: semper aliquid quidē moueri: vt non deficient transmutationes ipse. duo vero. subaudi est phoza il- la obliqua: vt nō alterū accidat t̄n v3. vel generatio

vel corruptio. perpetuitatis quidē igitur totius latio causa est: hoc est perpetuitas lationis. appropinquan- di autē z recedēdi. subaudi causa est obliquitas. cōti- git enīz iterdū lōge fieri: interdū p̄pe. inaequali enim existēte distātia: inaequalis erit motus. sillogicez igit sic. perpetuus z geminus effectus: perpetuus z gemi- nuz habet causas. generatio z corruptio est perpetu⁹ z geminus effectus: z motus diarius nō est causa ge- mina. igitur generatio z corruptio non sunt a motu diario: tunc adde constātia: z sunt a motu celi. igitur a motu solis obliquo: tunc infert intentuz p̄ncipale d. quare si accedēdo: z p̄pe esse generat: z recedēdo z longe fieri: idem ipsum corrūpit: z si frequēter adue- niēdo generat: z frequēter recedēdo corrūpit. cōtra- rioz enīz h̄rie sunt causē. hoc mō de verbo ad verbū legēda est littera: v3. sensus gr̄cus: est vt transulū. Sed dubitatur. quia. xy. metaphysicē. Aristote- les voluit q̄ motus diari⁹ est causa perpetuitatis ge- nerationis: sed obliquus est causa pluralitatis. hīc vō solū obliquum ponit cām: vnde z Auerroes in para- phrasi. vult motū diarium esse causam perpetuitatis generatōis. Dicit potest q̄ motus obliquus est causa p̄ma: z generationis z corruptionis z perpetuitati illaz. motus diarius est causa perpetuitatis remota: pro quāto mediāte motu ipso obliquo agit in genera- tione perpetuitatez: qz nisi ille esset: sol omni die non discurreret per capita nostra.

Dubitatio

Solutio.

Itemqz z tempore aequali z generatio z corruptio fm naturam mensurabuntur.

Co. xciiij.

Ex his declaratis infert cōsequētia quēdā: p̄mūz q̄ tēpus generationis equale est tēpori corruptiōis. declaratur. qz generatio accessus mensurat. corruptio vero recessus: f3 accessus z recessus solis sunt equales. nā sol e p̄mo puncto capricorni accedere ad nos in- cipit per sex mēses: vsqz ad primū p̄ctuz cancri. hinc per sex alios recedit rediēs in primū capricorni. ady- cit fm nāz: qz multis partibus terre: propter particu- lares dispositiones: nō fit equalis mēsurā generatio- nis z corruptionis: hoc enīz nō est fm nām cōem: f3 p̄ accidēs: p̄pter terre idiosyncrasias. vba patent.

Amplius z tempora z vitae singulorum numeruz habent: quo videlicet constitutae sunt: nam omniuz est ordo: z omne tem- pus z vita circuitu mensuratur.

Co. xciiij.

Secūdo infert omnia entia z omnia viua certo ac cōstituto termino designari a celesti motu: syllogica- tur: quozū est ordo z tempus motu z circuitu celi mē- surantur. omnium natura cōstantium est ordo z tps. igitur circuitu celi mensurantur.

Non tamen eodem omnes. nāz hae qui- dem minoz. ille vero maior: quia huic qui- dem ipse. alijs maior. alijs minor circuitus mensura est.

Co. xcvi.

Remouet dubium. nam quis possz obycere: si mo- tu z celi circuitu vitē cōmēsurantur: oēs essent equa- les: qz accessus z recessus equales sunt: vt dictuz est: Respōdet. nō tamē eodem circuitu omnes vitē mē- surantur. nāz hęc quidem minoz. ille vero maior: qz huic quidem vitē ipse circuitus: qui vnus est āni mē- sura est. alijs maior. alijs minor circuitus mēsurā est: adeo q̄ animal est: quod vno die viuunt tantū: z sic ne- gatur consequentia. quia licet accessus z recessus sūt

equales: tamē adhuc in celo sunt speciales causē: qui- bus vitē cūctis constitutēz sunt: vt dicemus.

Apparent autem z haec fm sensuz ijs ra- tionibus: quas modo diximus. Nam vide- mus accedente sole: generationē esse: rece- dente: corruptionē: z tēpore aequali vitā- qz: est enim tempus generationis aequale fm naturam tempoz corruptionis.

Co. xcvi. Incipit accedere sol e prima capricorni parte. quia inde dies incrementi incipiunt. Accedit iam ipso igre- diente p̄mam arietis. accessisse dicitur: cum in p̄- mam cancri labitur: z quia sensu videmus ipso acce- dente generationes rerum cōi: ipso recedente: corru- ptiones effici: patet q̄ ea quē ratione dicta sunt: sen- sibus concordant: z quē dicit patent.

Verum in minoz accidit rem generari. p̄- pter reciprocā coniugationem. Nam ma- teria existente varia: z non vbiqz eadem: z generationes varias esse necesse est: has q̄- dem. v3. celeriores. Illas vero longiores. Hinc euenit vt p̄opter hanc causam horū generatio illorum fiat corruptio.

Co. xcviij. Refellit dubium: nam posset quis dicere. tunc oēs vitē rerum essent equales. Respōsum est: q̄ per acci- dens sunt inaequales: hoc est ratioe materiē: z hoc de- clarat. d. Verum in minoz tempore accidit rem ge- nerari vel p̄cedere ad perfectionem: quē est virili- tas: p̄opter reciprocā elementozum coniugatiōez: quē innumerāz habet variationes. Nam materia exi- stente varia per formas elementozum: z non vbiqz. i. in omni specie animalis eadem per complexiones: z generatiōes: siue vitas z cates varias eē necesse ē: has q̄dem. v3. celeriores: illas vero longiores: tūc cōclu- dit. hinc euenit: vt p̄p̄ hanc cām. v3. māz variationēz horū gnātio: illoz fiat corruptio: h̄ est vt tps: qd ē vita alicui⁹: sit mors alterius: vt hō viuens nāli cursu an- nis. lxx. sit excedēs vitā canis p̄ annos nouē. Cōclu- dit hic recentiores z expōsitorē de p̄p̄odo. z vitē tē- porib⁹ addit in Aristot. declarationē: q̄ cū nec astrono- miaz: nec p̄hiam sapiāt. oim̄to. p̄pterea p̄mo qd Az. per gnātiōez intelligat: explanamus z qd per corru- ptionem. Scōdo quot gnōnes sint rez. Tertio vñ va- rietas euenit in t̄pibus gnōnū. Quarto qd sit circuit⁹ qui gr̄ce p̄p̄odos d̄r vnus cuiusqz entis naturē.

Dubōnes

Quid per gnātiōē.

Quātum ad p̄mūz: vt q̄ Arist. p̄ gnātiōez itelligat accessuz ad p̄fectionē quo mō accedēs in virilitatez: gnāri diceret. Hinc quoqz recedēs corrūpi: z sic gnā- tio est motus p̄fectius: corruptio mot⁹ dep̄ditius. Ex his seqtur q̄ vniciqz enti nāli: tps gnōnis est cō- le tēpori corruptionis p̄ nām: dico p̄ nām: qz pōt viri- litas eē mior cremēto per accis. Seqtur scōdo q̄ vñ- us cuiusqz duē sūt nāles p̄tes suē p̄duratiōis: vna quē d̄r gnātio siue iuuentus: altera quē d̄r corruptio siue virilitas: ab ortu vsqz ad finem augmētī durat p̄ma: hinc in finē durat scōda. Cōclūditur tēpore p̄uatiōe opationū: quo mō diceremus: q̄ sole accedēte ad apicē nostrorū capitūz gnātio est: qz stirpes z aialia mo- uet ad opa vitē: z gnāre d̄r: recedēs vero: qz puat aia- lia z stirpes opibus vitē: corrūpere d̄r. Et hoc ē mō tēpus gnōnis nāle equale est tēpori corruptionis: di-

xi nāle. p̄pter particulares additiones regionū: z rerū viuentium: z alia contingētia: hęc de p̄mo.

Quātū ad scōm animaduertendū vt Aristoteles in libro de bystoria aialiu narrat. q̄ vitē multiplices sunt: p̄out varijs tēporib⁹ numerant. nā alijs longa. alijs breuis: alijs media. z horuz alijs fm spēm. alijs fm indiuidū. Hinc fit q̄ fm spēm vniciqz tempus gnātiōis est equale tēpori corruptiōis. vt si canis vi- ta. ix. est annis: generatio erit quatuor cum dimidio. corruptio tantūdem. Verū fm indiuiduum nō opz: quia p̄pter particulares cōditiōes. pōt aliter eē. hęc de scōdo. De tertio vero. dicamus q̄ causa diuersi- tatis vitarū duplex est. vna ex parte māz: mixtura si- ue p̄plexio. altera ex parte celi apud Aristoteles mo- tus solis. Ex parte quidez māz: determinata z certa ac constituta formarū z qualitātū elementozū p̄por- tio: cā est speciei: z indiuiduis sub rōne speciei: vt da- to tanto tēpore viuant. sunt enim aptē fm spēm tāto tēpore conseruare formā in mā: vt cōplexio z mixtu- ra canis formaz canis annis h3. ix. cōplexio et mixtu- ra hominis. aiam hominis ānis. lxx. nec ex parte ma- terie est petenda alia causa. ex parte celi sol existit so- lus. z fm Aristoteles: z fm p̄tholomēuz: causa perdu- rationis vitē fm speciem. cum enim canis cōdit calcu- letur vtrum motus solis vt causa verbi sit in p̄mo p̄- cto cancri. dico q̄ reditus solis nonies in p̄mū p̄ctū cancri est causa tantē perduratiōis. v3. nouē ad an- nos. nam suo motu z sua luce alterat aerem calefaciē- do: qui calor in materia disposita p̄ cōplexiōe canis: p̄parat materias pro cōseruatione aic canis per no- uem annos. quicqz calor in materia disposita p̄ forma hominis: p̄parat vt forma hominis conseruet vsqz ad annos. lxx. vnde sol z complexio causē sunt vitē: q̄ fm speciem tanto perdurat tēpore. Et hoc ait p̄hs sol z homo generant hominē. Hinc patet q̄ motus solis ex p̄ma parte cancri in genitura canis habz duas par- tes. vna dicit accessus: quo. v3. ipse in p̄mūz capricor- ni quater cum dimidio accedit: quo tēpore canis ge- neratur hoc est crescit ad perfectionē. hinc ad finem hoc est vsqz: quo redeat in partē p̄mā cancri alia pars est corruptio. Patet etiā q̄ tēpora vitarum: z genera- tionū z corruptiōnū specieruz nō sunt equalia: qz licz sol equalit moueat: complexiones z materia nō sunt equalēs. Hęc de tempore vitē fm species. Sed vnde est q̄ Socrates. lxx. annis. Plato. xl. viuar: cuius tēpus speciei sit equale omnibus: res hęc tranfcēdit p̄hiāz naturalem: nec Aristoteles curauit explicare causas aliam p̄ter mām: quia nō erat p̄physicum: sed astrono- micum negocium. Dicit tamen pōt. vt recentioribus satisficiam: etiā indiuiduum aliquādo nō sequi tē- pus suē speciei. z ex parte sua. z ex parte celi. Sua qui- dem (qz fm p̄tholomēum in libro apotelesmaton: vt declarauit in nostro testarologio) pōt homo volūtate multa agere: quē sibi celum nō pollicebat: vt aliqua tota yrbe dilata in abissum: omnes hoies pereūt: qui- bus omnibus ex celi cōstitutiōe sic mozi nō erat pro- missum. Item vt accidit etiā volentib⁹ ire per mare. z alijs causis. vñ z p̄tholome⁹ i lib. c. enūciat⁹ ait. q̄ q̄ h̄it arietēz aut libzā in horoscopo: hī suē mortis cā erūt: nō ex celo: sed p̄pria voluntate. Dico z⁹ q̄ hō sua volūtate pōt multa euitare: q̄ nō euitādo: pōt bre- uiozē h̄re vitā: q̄ suē spēm pueniat. iuxta v̄bū p̄tholo- meiaia sapiēs pōt multa auertere z reliqua. Dico z⁹ q̄ multis offerre pōt: q̄ sibi v̄tura sūt. z multis oby- cere: ne ita acerrime accidant. quē oia in rationib⁹ z

Solo z⁹ q̄ stōis quot gnōnes sūt rerum.

Solo z⁹

De vita i diuidi.

comentationibus ptholomei relinquo. Ex his patet qd a se homo potest ppter multa accidentia terminu vitæ abbreviare: qd a celo & a specie sit constitutus. Ex parte celi vero: quonia datur anno: qui grece apbeta dicitur magis vel minus distat in genitura indiuidui a loco anaerete hoc est interfectoris. & ppter eclipses in locis vitæ occurrentes: & propter alias causas: quas in tessarologio. & in libro de criticis explicauit. Deq de tertio. De quarto patet quid sit peridus siue circuitus: est enim motus solis: quo redit ad partem: qua tenebat genituræ tempore. In quibusdam contractus ad annum ppter complexiones speciei. in quibusdam ad nouez annos. in alijs ad alios plures. Et hoc quantum ad speciem. quantum vero ad indiuiduum peridus est motus siue temporis: quo apbeta siue fit sol: siue fit luna: siue alijs alijs. accedit per motum diarium ad locum anaerete dando cuiuslibet gradui ascensionem partem proportionalem vitæ fm spem: vt in quibusdam annis: vt in hominibus: in quibusdam plus vt serpentibus. In quibusdam minus: vt in canibus. In quibusdam minimus: vt in ephimero: vt dicitur in libro de hystoria animaliu. Aristoteles igitur dum dixit generationes mensurari periodo solis in speciebus loquitur: non in indiuiduis. Sed de his que dam in questionibus addemus.

Semper vero quemadmodum dictum est generatio atq corruptio perpetuae sit: ita vt nunq deficiant: propter eam quas diximus causam. Qd etia alia causa rationabile est. nam cum in omnibus natura ipsa dicimus semper optare melius. sit autem esse ipsius melius qd non esse: (qd esse quor modis dicatur: in alijs dictum est) sit autem illud in omnibus impossibile in esse. propter longam e principio distantiam: modo alio perpetuauit totum deus: perpetuas. v3. faciendo generationem. Adodo enim isto maxime perpetuabitur esse ipsum: quia peculiarissimum subiectis ipsis est: semper effici per generationem.

Co. xxiij. Tunc arguit generationem esse perpetua. per entymema cuius antecedens est tres ppositiones. prima. natura appetit melius de possibilibus. Secda. esse est melius qd non esse. Tertia. ee semp est impossibile fz idem numero. sed possibile fm ide specie. qz res e principio in tñ distant: vt no possint illius perpetuitatez fm numerum capere. Ex his infert qd deus copleuit totum esse faciendo perpetuam generationem. qz modo isto maxime potest esse perpetuari. quoniaz ipsis subiectis semper effici per generationes est maxime conueniens siue proximus. quod addit ad differetia aliorum: que no sunt per generationem. sed ad ceteroz inceptions. vt accidetia ipsa. De ratio syllogistica pot resolui in tres syllogismos: quibus cocludif hec conclusio. generatio est perpetua. tu vero considera. qz non est nimia cura.

Huius autem vt dictum est pluries: causa est circularis latio. haec enim sola perpetua existit.

Co. xxiij. Repetit cam generationis & corruptiois assignata

v3. circulari latio: que res patuit.

Hinc fit vt caetera alia quaecunq mutuo transmutantur fm potentias & passiones: veluti simplicia corpora: sectentur circulari motum. nam cum ex aqua aer fit: exq aere ignis: iterum & ex igne aqua: circulo dicimus generationem conuerti. quia conuerso vertitur. Insuper etiaz & hor motus rectus circularis sectans: perpetuus est.

Soluit pbemata. pmu quare gnatio elementoru vna dicit circularis: vt illa que est ex symbolis semper: vt quando ex aqua aer fit: ex hoc ignis. ex igne terra. ex hac aqua. ex hac aer. ex hoc ignis. & sic in infinitis. Respondet qd causa huius est motus circularis. nam cum natura inferior sectetur superiorem inquam potest: ideo cum celus moueatur circulo & generatio symbolica circularis erit. Secudu est: quare recta generatio vt dissymbolica est perpetua. Respondet: qz hec sectatur motum celi. nam accedente sole crescunt elementa superiora: & inferiora diminuunt: & recedente: fit e contra. & hoc perpetuo. Et que dicit clara sunt. Adiuerte qd gnationes vocat phozan: abutit enim verbo. sed accipit phozan p gnatioe.

Simul autem patet ex his id quod quida dubitat. propter quid singulis corporibus ab infinito tempore in propria regione latet: ipsa eadem composita corpora non distant. Huius enim causa est mutua horum transmutatio. Si enim vnumquodq in sui ipsius regione permaneret: neq a sibi vicino transmutaretur: destitissent tandem. transmutantur quidem igitur ppter eaz latioe quae gemina existit. Propter conuersionem vero in nulla vna regione ordinata eorum aliquod permanere contingit. propter quid quidem igitur est generatio & corruptio. & ppter qua causaz. & quid generabile: & corruptibile: perspicui ex his est: q dicta sit.

Soluit tertium problema. v3. ppter quid per infinitum antea tempus singula corpora elementa per suas regiones delata sunt: & nunq ceciderunt: ac nuq inuicem distarunt: sed semper fuerunt contigua: & proprijs in regionibus. Adouit problema hoc ppter Empedoclez: qui voluit illa quandoq confundi per amicitiam. Inquit. Simul autem patet ex his id quod quidam dubitant vt empedoclici ppter quid singulis corporibus ab infinito tempore antea in propriam regionem latet: ipsa eadem supple composita & coordinata nunq distant. sed semper sunt contigua: ac in suis regionibus. hoc est problema. Animaduerte qd textus singulariter scribitur in greco. v3. ppter qd singulo corporu: sed ego transuli pluraliter. quia verbum ecastos significat multitudinem. Respondet qd causa est mutua horum transmutatio. nam si vnu quodq in sui ipsius regione permaneret: neq a sibi vicino transmutaretur. destitissent tandem. subaudi eorum transmutationes. Et sic quantum ex vna parte de eis corrumpitur: tantum ex alia generatur. & propterea tenentur in equalitate semper. vbi aut de eis

Co. c.

Co. ci.

corrumperetur: & nihil regeneraretur: generationes & transmutationes eorum tandem destitissent: quia essent omnino & penitus corrupta. at quia est generatio & corruptio: ideo species & esse totale in eadem regione conseruatur absque confusione. Tunc epylogat causaz huius mutue transmutationis. Et inquit. Transmutantur quidem igitur propter eam transmutationem: que gemina existit. videlz ppter motu solis per zodiacum. Propter conuersiones vero eorum mutuum in nulla vna regione ordinata eorum aliquod permanere contingit: quia partes se tangentes confunduntur. nam quatum vnum accipit de natura ppinqui: tantu etiam accipit de loco eius: & permiscetur ei: vt videmus qd terra & aqua euaporates: tendunt ad locum aeris: & permiscentur cum eo: & similitur quando ignis & aer frigore inspissantur: vadunt ad locum terræ & aque: & permiscentur cum eis. quo fit vt elementa non sunt vbiq pura. nam in partibus in quibus se contangunt: permiscentur inuicem: & confunduntur. Sed dubitant. vtruz partes elementi no tangentes elementum sibi vicinum aliquado corrumpanitur. videt qd sic. aliter aliquod corruptibile esset: quod nunq corrumperet contra Aristotelem pmo celi. Videt etiam qd non. quia illis no potest applicari corruptio. Secudo totum elementum potest corrumpi. igitur totum aliquado corrumperet. aliter aliqd corruptibile esset: quod nunq corrumperet. Ad hec dicit potest. vt respondet Auerroes supra com. xxxvi. qd elementa sunt corruptibilia fm partes. & sic nulla est pars: quin illa quadoq corrumperet. Tunc ad pmu dicendum qd sibi non potest applicari agens: tamen ipsa inspissata: vel leuifata venit ad locum suu corruptionis. potest enim constellatio aliqua succedere que certam datam ignis partes in concauo inspisset & faciat descendere ad locum suu corruptionis. Similitur de terra pars superficialis corrumperet: & alia succedit & generatur ex alia parte: adeo qd quadoq centrales partes erunt circumferentiales. Ad secudu diceret Auerroes qd totum no est corruptibile: ideo no oportet vt totum aliquado corrumperet. Et si dicitur totum est compositum ex materia & forma. igitur totum est corruptibile. quicquid velint forticolæ circa illud sincathegorema totum. dico qd totum est corruptibile. nec oportet vt totum aliquando corrumperet. sed satis est qd aliquod indiuiduum eius semper corrumperet ad hoc: vt species no frustraretur. Et hoc vult dicere Auerroes. qd totum no est corruptibile hoc est ita qd aliquando sit corruptus. Deinde epylogat: & totum patet. Sed circa hec sunt questiones. prima vtrum perpetua sit generatio & corruptio. Et arguit qd non. quia solus motus localis est perpetuus. Secundo quia nulla generatio est perpetua. Ad oppositum est Aristoteles in littera. Captiunculoz & forticolæ questiones soluntur logice tati: quo in sensu Aristoteles no loquitur. Unde volunt verbum perpetuo multipliciter exponi. vno quidem modo pro eo quod est sine intermissione. & sic concedunt perpetuo esse generationem. quia sine intermissione est aliqua generatio. v3. illa aque sub polis. & hec aeris sub equatore. Et forte sub hoc sensu aliqua vna numero generatio perpetua est. Alio modo exponit sic. perpetua a. est. ante quodlibet tempus fuit a. & post quolibz tempus erit a. igitur perpetua est a. quo in sensu etiaz naturaliter loquendo concedunt perpetuo esse generationem. nam ante quodlibet tempus fuit generatio:

